les,§.familia,ff.de ędil.ædi.cap.quoniam multos. 11.
queſtio.3.glo.in cap.in literis,& ibi Abb.extra de te-
ſtib.& in c.cum dilectus,extra de cler.non reſiden.per
Matth.de Affl.in conſtitutione Regni iuriſgentiũ,
colum.6.in octauo notab. cum quæſtionibus ſequen.
40 *Fely.in c.inſinuante,extra de offic.deleg.*† *vbi dicit v-*
nũ notabile.Quod iſti qui habẽt literas familiaritatis
non habent priuilegia familiariũ niſi exerceãt officia
pp quæ dantur illæ literæ, & de hoc eſt extrauagans
Innoc.Quinti quæ incipit ad futuram Rerũ memoriã,
& Card. conſil. 126. Incipiente vacarunt canonica-
tus, & Felyn.in c.per tuas,in fine,extra de maio. &
obed.Addit.Et Phil.Probus in addit.Io.Mon.in c.
1.col.2.de ſciſm.in 6.vbi refert Barb.conſil.2. col.2.
4. vol. quod non ſufficit oſtendere literas familiari-
tatis Cardinalis,ſed oportet docere quod ſe exercet in
41 *famulatu Card.*† *Et dicit Matth.de Affl.in conſt.Re-*
gni intentionis noſtræ,col.7.in 4.notab.verſiculo ſed
quæro quod qui habent literas familiaritatis a Rege
vel a Cardinali non gaudent priuilegio niſi ſint in cu-
ria Regis,niſi de eius mandato abeſſet, allegat d. per
Abb.in d.c.dilectus,ext.de cler.non reſiden. Petr. de
Anch.conſil.398.Incipiente præmitto pro clariori,
& ad prædicta faciunt quę dicit Mat.de Affl.in conſt.
Regni Magnę Curię noſtrę,col.2.in quarto notab. ubi
dicit quod Magna Curia Vicarię cognoſcit de cauſis
curialium,tam ciuilibus,quam criminalib.ſiue agant
ſiue conueniantur.Addi.Et de hoc Ritu Magnę Cu-
rię qui Incipit,Item quod omnes curiales ſub rubr. de
immunitate officialium Curię, nu.158.ſecundum pri
mam impreſſionem, & nume.288. ſecundum nouam
impreſſionem.Et idem de ſeruientibus officialium cu-
rię Regis,qui ſunt ad ſeruitia Regis, & hoc priuilegiũ
non tranſit ad ſeruitores Officialium Regis,niſi illi ſer
uitores aſſiſtant ſeruitijs Regis:quod dicit eſſe menti
tenendum,nam licet regulariter familia gaudeat pri-
uilegio domini,vt not.in d.l.1.& 2.& ibi Bald. C. de
Epiſc.& cler.tamen familia officialis quę non aſſiſtit
ſeruitijs Regiis non gaudet priuilegio conceſſo Regio
officiali vt ibi per eum,prędicta tamẽ competunt Ma-
gnę Curię Vicarię ex quadam præeminentia, vt di-
cit Matth.de Affl.in d.conſtitutione Magnę Curię, co
lum.1.verſ.ſecunda prẹeminentia. Aduerte tamen
quod idem Mat.in conſtitutione ſtatuimus,la 2.col.8.
in fine,in ſexto nota.dicit quod licet Magna Curia ſit
Iudex curialium commorantium in Curia Regis tamẽ
tpe Regis Ferdinandi,vidit quod quãdo aliquis curia-
lis Regis fuiſſet in Magna Curia conuentus ciuiliter,
vel criminaliter magnus Seneſcalcus Regni ſignifica-
bat,quod ille erat curialis Regis, & quod ad eum re-
mitteret,& Magna Curia remittebat,ſed ipſe credit
42 *quod hoc procedebat de ordinatione Regis.* † *Ad*
prędicta etiam vide Henricum Boicum in ſuis ſing. in
verbo,cauſę cognitio,col.2.verſiculo ſi ſeruiens, nu-
mero 6.vbi no.dicit quod ſi ſeruiens principis delin-
quit infra iuriſdictionem baronis, baro debet habere
cauſæ cognitionem. Addi.Et vide Pari.in tra. ſind.
in verbo,officialis,col.1.& Mat.Freccia,in libro de ſub
feudis baronum,libro 2.num.40.car.243.Et dicit Bar
tol.in l.inofficiales,C.de offic.rect.proui.per illum tex.
43 † *quod Iudex inferior põt punire officialem ſuperioris*
delinquentem in territorio dum tamen notũ faciat ſu-
periori,& ſequitur Firm.in ſuo repert.in verbo,iudex
inferior,col.1.Addi.Ad prędicta vide Fely. in cap.
cum inferior,col.1.ext.de maio.& obed.vbi dicit quod
ille q eſt maior non tamen ſuperior poſſet puniri a mi
nore ſi delinquat in eius territorio,vt dicit Pet.de An
char.in clem.1.in no.de foro comp.quod ẽt ſi Patriar-
cha delinquat in diocęſi Bononię,poteſt puniri ab illo
Epiſcopo,& ſequitur Io.de Ana.in c.1.de rap.faciunt
dicta per Bal.in c.1.§.ad hęc de pa.iur.firm. & in l.ſi
quis ſeruo.ad fi.C.de fur.& vide Bar. Caſſa. in conſu.
Burg.in ti.de foreſt.3.col.1337 verſic.ſed iuſta prę-
dicta, vbi dicit, quod ſi ſeruiens Regius delinquat in
terra alicuius domini ſi delinquat in officio, debet re-
mitti ad prẹſidem,ſi delinquit tãquam priuatus punit
eũ dominus altæ iuſtitię,nõ recedas a ſuperius dictis.
Et ad illud quod debet referre primo ſuperiori facit
tex.in l.2.C.de ſpor.& ibi Sal. & hoc ad effectum vt
pœnam inconſulto ſuperiore non imponat. l.ſolent.§.
ſicut ff.de off.proconſ.& leg.
44 ¶ *Quinimmo* † *etiam ſi delegatus a principe delin-*
quat in iuriſdictione ordinarij puuit eum ordinarius
ſecundum Pet.Bald.& Cyn.in auctentica qua in pro-
uincia,in fine.C.ubi de crim.agi. opor. Ioan.Andr.&
Abb.in c.ſi.extra de reſcrip.late capella toloſa. q.23.
& ibi late in addit. maxime ſi extra officiũ deliquit
ad quod facit,quod dicit Bald.in l.1.C.in quib.cau.mi-
li.vbi ponit de eo,qui habebat priuilegium exemptio-
nis,vt non poſſet conueniri,niſi coram ſupremo iudice
quod pro his quę geſſit negociando in illo loco poterit
ibi conueniri non obſtante priuilegio,de quo etiam per
Bart.in l.fina.colum.penultima,ff.de conſtitutio. prin.
ſi autem talis delegatus delinquat in his quæ ſunt cir-
ca ſuum officium, & examen cauſę in qua eſt dele-
gatus,an poſſit puniri ab ordinario,vide Cyn. in d.au-
ctentica qua in prouincia,in fine,& Saly. in d.l.2. C.
ſportu.& Cyn.in l.1.C.ne quis in ſua cauſa, & tangit
remiſſiue,Luc. de Pen.in l.ſi quando,col.1.C.de diuer.
offic.& appa.libro duodecimo.
45 ¶ † *Quid autem ſit dẹ colonis, vel ſeruis principis,*
vbi conueniantur, vide in l.ſi quis cum legibus ſe-
quen.C.ubi cauſę fiſca.quę nota, quia faciunt ad il-
lam queſtionem quam vidi,de facto, an ſeruitor Re-
gię Audientię qui deliquit in territorio baronis poſſit
ab ipſo puniri. Et prędicta ſunt vera niſi dicti curia-
les haberent ex priuilegio,vt non poſſent cõueniri niſi

in

*in Magna Curia, vel coram aliquo alio iudice, per ea
quæ dicit Matth. de Afflic. deciſ. 257. incipiente dicit
conſtitutio, colu. pen. & ſequitur Ant. Cap. deciſ. 160.
46 incipiente in cauſa. † Quid autem ſit de vxore cleri-
ci maxime de vxoribus Clericorum Græcorum, quid
in conuerſis, & de alijs, an gaudeãt priuilegio fori, &
quid in oblatis, de omnibus uide Fely. & alios in d. ca
pit. 2. extra de foro compẽ. & de oblatis vltra ibi di-
cta per Doct. vide cap Regni, quod incipit priuilegia,
vbi quod oblati non portantes habitum, & detinentes
bona, & vxores non gaudẽt priuilegio, & de materia
vide per Abb. in c. cum plantare, colum. fina. extra de
priuilegio, & domin. Pariſium in cap. in præſentia, co-
lum. fina. extra de proba & Capp. Toloſa dec. octaua,
Matth de Afflict. in conſtitutione Regni, ſtatuimus,
la ſecunda, colum. 6. in fine, quartæ quæſtionis, & Cald.
conſil. ſeptimo, incipiente an fratres in titulo de ind. &
foro competen. vbi an iſti Fratres Tertij Ordinis gau
deant priuilegio.
47 ¶ † Vnum tamen non omitto, quia quotidianum.
Quod ſi iuxta ſtatutum laicorum puniens damnũ dan
tes cum animalibus in agris alienis, ſi cuſtos anima-
lium eccleſiæ, ſeu clericorum dederit damnum cum a-
nimalibus clericorum, an accuſari, & puniri poſſit, &
licet videretur dicendum, quod non, quia prohibitum
eſt ſecularibus grauare iſtos cuſtodes, quia per hoc
clerici grauarentur ſaltem indirecte, vt dicit Bar. in l.
hi penes, C. de agri. & cenſit. libro vndecimo, vbi dicit.
Non valere ſtatutum grauans iſtos pro factis cleri-
corum, de quo latius per Doct. maxime Fely. in cap. ec
cleſiæ Sanctæ Mariæ, columna 45. cum ſequen. in 13.
quæſtione extra de conſtitu. quia ſaltem indirecte eſſet
contra libertatem eccleſiaſticam, & ſic tale ſtatutum
non valeret authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſi. ca-
pitulo nouerint, extra de ſenten. excommunic. † Ta-
men in caſu propoſito veritas eſt in contrarium, quod
immo cuſtodes laici animalium clericorum poſſunt ac
cuſari, & tenentur ad pœnam, non autem tenentur
clerici, nec animalia clericorum, ita tenuit in terminis
vic. & poſt eum Abb. antiquus Ioan. And. & Ant.
de Butri, in c. grauem, col. 2. extra de ſent. excomm. &
Luc. de Pen. in l. iubemus nullam, col. prima, C. de na-
uibus non excuſan. libro vndecimo, Fely. in c. ecclesia
Sanctæ Mariæ, col. 50. in fine, verſicu. quintum exem-
plum extra de conſt. et Felyn. in dicto cap. 2. col. 2. ver
ſiculo de ruſticis, extra de foro competen. Additio. Et
Matth. de Affl. in conſt. regni, cum per partes Apuliæ,
colum. 4. in fine, bene facit gloſ. in l. 2. §. hoc interdi-
ctum, etiam ad ea. ff. ne quid in loco pub. vbi dicit, quod
agitur contra eum, qui ducit animalia paſcendo. pro
hoc facit quod dixit Io. de Fan. 11. quæſt. 1. in ſumma
vbi dicit non eſſe iure cautum, quod coloni gaudeant
priuilegio fori, vt ibi latius per eũ. Nec tale ſtatutum
eſt nominatim contra clericos, nec eorum animalia,
nec modo aliquo reſpicit perſonas clericorum, ſed
perſonas laicorum cuſtodum, qui ſunt cauſa dam-
ni, et ſic ipſi damnum dare videntur, l. qui occidit.
§. in hac ff. ad leg. Aquil. nec dicitur eſſe contra liber-
tatem eccleſiæ, quia libertas eccleſiæ non conſiſtit in
crimine, vt ſcilicet poſſint vti clerici rebus, et paſcuis
48 alienis inuito domino. † Ne ambitio clericatus fiat
rapinæ ſecuritas. 8 q. 3. c. 1. quia nullo priuilegio inue-
nitur eſſe conceſſum, quod clerici poſſint vti rebus,
& paſcuis alienis inuito domino, vt dicit Lucas de
Pen. in l. iubemus, columna 2. C. de naui. non excuſ. li-
49 bro vndecimo. ¶ † Similiter etiam, ſi communitas
haberet aliqua loca paſturæ deſtinata ad ibidem pa-
ſcendum animalia ſoluto certo pretio, & clericus vel-
let immittere animalia ſua ad ibidem paſcendum, te-
netur ſoluere communi, prout alij ſecundum Abb.
in conſilio 6. Incipiente caſus ſuper quo petitæ fuerunt
allegationes, & refert, & ſequitur Iaſon. in l. pla-
cet, in prima, & ſecunda lectu. in fine, C. de ſacroſan.
eccleſ.
50 ¶ † Nonum priuilegium eſt, quia facientes ſerua-
re ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, & ſta-
tutarij, & ſcriptores ſtatutorum, & poteſtates, con-
ſules rectores, & conſiliarij locorum, vbi ſtatuta
edita fuerint, & iudicantes ſecundum illa, & re-
digentes iudicata in publicam formam ſunt excom-
municati, c. nouerint, & ibi Innoc. Io. And. Abb. Fel.
& alij, extra de ſent. excommu. Card. in clem. 1. q. 17.
de vita & honeſt. clericorum.
51 ¶ † Et Similiter domini temporales interdicentes ſub-
ditis ſuis, ne prælatis, aut clericis, ſeu perſonis eccle-
ſiaſticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eiſ-
dem, & ne bladum, aut frumentum molant, neque
panem coquant, aut aliqua obſequia neceſſaria exhi
beant, ex quo fit in derogationem libertatis eccleſia-
ſticæ ipſo iure ſunt excommunicati. cap. fin. extra de
immunit. eccleſ. libro 6. Quod tamen ſolum locum ha-
bet in habentibus temporale, idest ſeculare domi-
nium, non autem habet locum in habente eccleſia-
ſticum dominium, nec habet locum in his, qui do-
minium non habent, licet talia interdicant, vt tenet
Ioan. And. & alij in d. c. fin. vbi Philip Franc. in pri-
52 mo notab. † Quid autem ſi in interdicto, ſeu ſtatu-
to, non exprimuntur perſonæ eccleſiaſticæ, ſed ſim-
pliciter interdicitur, ne vendant, aut donent aliqui-
bus non exiſtentibus de iuriſdictione ſtatuentium, an
hoc caſu comprehendant clericos, vide Ioan. And. &
alios in d. cap fin. vbi latè Philip. Fran. col. 1. & con-
cludunt quod non. Additio. Et ad materiam vi-
de Thom. Gram. dec. 100. in cauſa vniuerſitatis, col. 1.
cum ſequen. vbi ponit an & quando ſtatuta laycorum
aliquid honeſtum continentia ligent eccleſias & ec-
cleſiaſticas perſonas.
53 ¶ † Quæ autem ſtatuta dicantur contra liberta-
tem eccleſiaſticam, vide Innocen. Abb. Felyn. &
alios in dicto capitulo nouerint, Bart. Bald. Saly. &
alios in authentica caſſa. C. de ſacro ſanctis eccle-
ſiis, Philip. Franc. in capitulo primo, extra de conſti-*

in

In 6 cum concord. in dictis locis. Decimum priuile-
54 *gium eſt, † Quia per literas, & reſcriptum impetra-*
tum contra laicum cum clauſula generali; non poſ-
ſunt per tale reſcriptum clerici conueniri, cap. ſedes,
& ibi glo. & Doct. extra de reſcrip. Card in clemen. 1.
55 *quæſt. 17. de vita & honeſt. clericorum. † Vndeci-*
mum priuilegium eſt ſecundum Saly. in ſum. in verbo
clericus primo, col. 4. verſic. nonum, quia clerici non
tenentur ſoluere ſportulas, cap. cum ab omni, extra de
vita & honeſt. cler. Card. in clem. prima, queſtione 17.
56 *de vita & hon. cler. † Iudex enim eccleſiaſticus ordi-*
narius, qui habet beneficia ſufficientia, & redditus
ſufficientes, debent gratis litigantibus ius reddere,
& non petere ſportulas, ita tenet Ioann. Andr. Abb.
& communiter Doct. in d. cap. cum ab omni & in cap.
vnico ext. de plus pet. per tex. in d. c. cum ab omni, in c.
ſtatutum, §. inſuper, extra de reſcrip. in 6. & in Auten.
vt iud. ſine quoquo ſuffr. poſt prin. & quaſi per totum.
57 *† Et idem dicunt de iudice delegato ſi habet ſufficiens*
beneficium, ut per Abb. in d. cap. cum ab omni, col. pe
nul. & Ant. Cor. in ſuis ſing. in verbo ſportulæ, de quo
vide Ioann. Fab. in §. tripli. col. fin. Inſtitut. de act. &
ibi per Iaſ. & alios, & ad prædicta vide Guil. de Cun.
in l. cum clericis, C. de epiſ. & cler. vbi pleuè loquitur,
& Imo. in l. Pomponius aliàs eſt. l. ſi vni. ff. de re iud.
58 *† Sed ſi Iudex ordinarius, ſiue delegatus, non haberet*
beneficium ſufficiens, nec redditus ſufficientes, eo caſu
poſſet recipere ſportulas, allegat Saly. in l. iubemus, C.
ad leg. Iul. rep. vbi concludit, Quòd licet iudicibus non ha
bentib. ſalarium, accipere de publico munere, pro præ-
mio ſui ſalarij, & non vltra, vt in Auth. de man. prin.
§. illud, & in Auth. de iud. §. ne autem labor quod militat
etiam de iure canonico ſecundum Ant. Cor. vbi ſupra,
59 *ad materiam vide Par. in tra. ſind. in ver. ſalariũ. † Itẽ*
Iudex ordinarius non debet habere expenſas a parti-
bus, cum in aliquem locũ proficiſcitur, nec familia po
teſtatis, cum mittitur ad aliquem locum, cum ſit ordi-
naria, non debet habere expenſas, vt tenet Phil. Fran.
in d. §. inſuper, col. fi. ver. in ea, gl. ibi, & allegat Bal. vt
ibi per eum, ſed Iudex delegatus cum proficiſcitur de-
bet habere expenſas, vt dicit gl. in d. ca. cum ab omni,
quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. Nec valet
conſuetudo contra prædicta, vt tenet Io. And. in gl. in
clem. ſtatutum de electi, & Abb. in d. cap. cum ab om-
ni, col. penul. ver. nunquid autem, & Lud. Ro. in ſingu.
180. Incipiente in ſcis, qui dicit, quòd illa gl. cõiter te-
netur, licet contrarium teneat Spec. in tit. de ſalarijs, §.
1. verſ. vero, & Pet de Anch. conſ. 201. præmittendũ
eſt, col. 1. & cõſ. 218. iuxta ordinem quæſitorum, col. 2.
60 *† Tamen quicquid ſit de iure, de conſuetudine male*
ſeruatur, quia omnes tam ordinarij quam delegati re-
cipiunt ſportulas a litigantibus, vt dicit Pet. de Anch.
in d. conſ. 201 Aduerte tamen, quia licet iudicib. ordi-
61 *narijs de iure canonico non debeant ſolui ſportulę. † Ta*
men notario debet ſolui ſalarium, pro ſcripturis, & ſuo
62 *labore, vt tenet Pet. de Anch. in conſ. 218. col. 2. † Sicut*
etiam debet aliquid ſolui pro impreſſione ſigilli Epiſco
palis quando apponitur, vt per ipſum aliqua ſcriptura
Io. Ant. de Nig.

priuata tabellionis roboretur, vt ibi per Anch. Itẽ li-
cet prædicta ſint vera de iure, tamen non dicitur eſſe
ſpeciale priuilegium clericorum, ſed eſt generale, tam
in clericis, quam in alijs litigantibus in foro eccleſiaſti
co, vt probat tex. in d. c. cum ab omni, & ibi communi-
ter Doctor. licet Saly. vbi ſupra dixerit eſſe ſpeciale
63 *priuilegium clericale, quod non eſt verum. † Nota ta-*
men, quod in caſu in quo ſportulę ſolui debent, ſiue iu-
dici, ſiue notario, non tamen debent ſolui à pauperi-
bus, vt eſt gloſſ. in d. cap. cum ab omni, in verbo, præ-
ter, & gloſſ. in capitulo cum inſtantia, in verbo præ-
grauari, extra de cenſi. tex. in §. ſit ibi quoque tertium
ſtudium, & ibi gloſſ. in verbo, gratis, in Auth. de man.
prin. & Par. in tract. ſind. in verbo expenſa, vbi etiam
dicit, Quod ſi aliqui pauperes litigant cum Barone, de
extortis, angarijs ratione paupertatis, non tenentur
ſoluere ſportulas per not. in l. iam de mentis, C. de E-
piſc. aud. & in conſt. Regni quæ incipit lege præſenti
64 *† Similiter ſubditus litigans contra prælatum debet*
habere expenſas ab eccleſia, gloſ. in l. fin. C. de ord. cog.
Et dicit Par. in dicto c ſind. in verbo, carcer, §. an car
cerarius, in fine. Quod litigantes pauperes debent ha-
bere expenſas a publico. Similiter pauper litigans cũ
fiſco, vel cum rege, ſi non habet vnde faciat expenſas
in lite, non debet ſibi de ſuo facere expenſas, vt tenet
Mat. de Affl. in d. conſt. lege præſenti, col 2. in quar-
to not. & Par. in dicto verbo expenſæ, colum. 2. cum
multis concordan. per eos allegatis, ad prædicta vide
Ang. in auth. ius iur. quod præſt. ab his, in princip. vbi
dicit. Quod cauſa pauperum ſunt per officiales gratis
agitanda, ſine ſolutione ſportularum & ſequitur Bald.
in auth. generaliter colum. prima, C. de Epiſ. & Cler
vbi dicit, Quod in cauſis ſummarijs, & miſerabi-
lium perſonarum, de iure Iudex non debet habere ſpor
tulas, quia celeriter expediuntur. Et dixit Mat.
de Affl. in dicta conſt. lege præſenti, columna tertia,
65 *in octauo notab. † Quod Magiſtri actorum, & exami-*
natores teſtium, pupillorum, viduarum, & miſerabi-
lium perſonarum, debens examinare, ſine aliqua ſo-
lutione facienda per ipſos litigantes pauperes, nec ab
eis eſt poſtulanda aliqua merces, pro ſcriptura, vel
actis, nec pro ſubſcriptione ſententiarum. Addit.
Ad prædicta etiam vide Guid. Papæ in quæſtionib.
66 *parlamen. Delphinat. quæſtione 561. † Accedat pro*
iſtis pauperibus quod not. voluit Rom. in l. ſi vero, §.
de viro in fallentia propter paupertatem, ff ſolu. ma-
trimon. vbi vult, Quod quando notarius conficit in-
ſtrumentum de aliquo actu, vel contractu paupe-
ris, de iure nihil debet ab eo recipere nomine ſalarij,
& ſequitur Iaſon. in dicto §. tripl. columna penultima,
67 *in fine, Inſt. de actio. Addit. † Similiter vxori repe-*
tenti dotem lite pendente præſtari debent alimenta.
litis expenſæ, Matth. de Affli ct. deciſ. 10. Hoſtien. in
ſum. de accuſ. §. quis poſſit, colum. quarta, verſ. quid
ergo, Felyn. in cap. ex parte, colum. fin. verſ. adde, de ac-
cuſ. Aegid. Bloſ. in ſua pra. in tit. de alimentis, colũ. 1.
68 *& 2. † Et in quantitate expenſarum oportet conſidera-*
re quantitatem, & qualitatem perſonarũ, facultates

B mariti,

mariti, vt dicit Hoſt. vbi ſupra, & Matth. de Affl. d. decif. 10. & Specu. in tit. de inquiſitio. §. vltimo, col. 2. verſ. & has expenſas, & probatur in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inoff. teſt. & ſic relinquitur arbitrio iudicis, vt tenet etiam Couar. in lib. practicarũ, q. c. 6.
69 *† Similiter monachus qui proſequitur negotiũ, ſeu litẽ contra Abbatem ad vtilitatem eccleſiæ debet habere expenſas ab eccleſia, c. ex parte, & ibi Doct. gl. Bar. & alij in l. ſi Inſtituta. §. de inofficioſo, ff. de inoff. teſt. glo. in l. fi. C. de ord. coniug. ne dum expenſas victus, ſed ẽt expenſas litis, vt dictis locis, & Spec. in tit. de inquiſitione, §. vltimo, col. 1. verſ. porro, & Aegid. Bloſ in d. tit. de alimentis, colum. 1. & Gem. conſ 55. pro declara-*
70 *tione, col. 1. † Vbi dicit quod expenſæ factæ pro remotione mali prælati, nõ debent fieri ſumptib. agẽtis, ſed eccleſiæ poſſunt repeti ab eccleſia, allegat Arch. 16. q. 7. filijs ac nepotibus, & Ioan. Andr. in c. quibuſdam*
71 *de pœnis. † Quia nihil eſt quod magis officiat eccleſię, quam quod aſſumantur indigni ad regimen animarũ, de electio, c. nihil, & Gem. vbi ſupra, & prædictã opi. tenet Fran. Are. in c. ſi qui teſtium. col. 3. in prima con*
72 *cluſione de teſt. † Similiter ſi filius nepos, vel alius de deſcendentibus agat contra ſcriptum hæredem querela inofficioſi teſtamenti pro portione ſibi competenti, & habuit ſententiam in ſui fauorem, & ſcriptus hęres appellauit, pendente appellatione propter inopiã pupilli agentis, præſtari debent alimenta, & ſumptus litis de bonis hæreditatis, tex. & ibi Doct. in l ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inoff. teſt. Et hoc intellige quando habuit ſententiam pro ſe, alias ſecus, quia illa ſententia licet ab ea ſit appellatum habet quandam præſumptionem pro ſe. Et ſic tria ſunt neceſſaria. Primum, vt actor ſit filius, vel nepos, vel ex deſcendẽtib. Secundum, quod ſit pauper. Tertium quod habeat primam ſententiam pro ſe, vt d. §. de inofficioſo, & ibi cõmuniter Doct. & Fran. Are. in c. ſiqui teſtium, col. 3. in 3. concl. d. teſt. & Didacus Couarruuius Hiſpanus in libro practicarum quæſtionũ, c. 6. vbi multa effudit, & multum eloquentiæ operam dedit, & in legib. magis ſimplicitas quam difficultas placet, Inſ. de fideic. lib. §. ſed quia. Et Trebatius Iureconſultus, qui fuit peritior Caſellio, ſed Caſſellius eloquentior, magis laudatur Trebatius vt probatur in l. 2. §. itaq; libri, verſ. ex his Trebatius. ff. de orig. iur. & dictam opin. tenet etiam Aegid. Bloſ. in d. tit. de alimentis, col. 1. & Alcia. de præſump. reg. 3. præſumptione. 9. nu 9. Aduerte tamen, quod ſi eſſet vrgentior præſumptio pro reo diuite, & eius iuſtitia, quam pro actore paupere, tunc reus diues non teneretur præſtare alimenta, nec litis expenſas, vt tenet Couar. vbi ſupra. Item aduerte ad id quod dictum eſt, quod actor debet eſſe pauper, & non habeat vnde ſe alare, quia Rebuffus in tit. de ſen. prol. art. 1. gl. 2. dicit quod in Senatu Pariſienſi quandoq; fuit ſeruatũ in caſu, d. §. de inofficioſo, ẽt diuiti actori habita prima ſñia in ſui fauorẽ ut cogatur reus expenſas litis, & alimenta præſtare, Sed tex. in d §. de inofficioſo probat contrarium ibi propter inopiam, & ſic oportet quod ſit pauper, & probatur his quæ not. Bar. in l. vbicunque,*

ff. de ven. & poſſ. mitte. & Ale. conſil. 7. viſis, & diligenter, col. 1. 2. vol. Abb. & alij in c. cum haberet, col. fi. de eo, qui dux. in matr. quam pollu. per adul. & eſt cõ-
73 *munis opin. contra Rebuffum. † Quis autem dicatur pauper vide Doct. in l. ſi conſtante, vbi latiſſime Iaſ. ff. ſolut. matr. relinquitur arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarum, & a ijs circunſtantijs, vt ibi per*
74 *eum. † Aduerte etiam ad vnam difficultatem circa intellectum, d. § de inofficioſo, circa primum requiſitũ ſupra relatum, ſ. vt actor ſit filius, uel nepos, vel de deſcendentibus quibus debetur legitima, quaſi quod in extraneis, & tranſuerſalibus qui agunt ad bona hæreditaria fratris, ſororis, vel alterius conſanguinei, & obtinuit primam ſententiam pro ſe, pendente appellatione etiam ſi fuerit inops, non ſubminiſtrãtur alimenta, nec ſumptus litis, & iſtam opin. tenuit Rebuffus in primo tomo ſuper leges regias in ti. de ſenten. prouiſio. articulo 3. gl. 1. & habetur in ſtilo parlamẽti Pariſiẽſis in tit. de mino col. 5. ſiue in tit. de prouiſio. ad fi. & iſto caſu non eſt locus deciſioni, d. §. de inofficioſo, quod Couar. in d. libro practicarum quæſtionum. c. 6. intelligit procedere quando agitur ad hæreditatem ex cauſa inteſtati: Sed ſi ageretur ex teſtamento non raſo, non cancellato, nec ſuſpecto, poſſet admitti diſpoſitio, d. §. de inofficioſo ex ratione, l. fin. C. de edi. diui. Adr. toll, & ita ſub dubio forte dicit tenere Rebuf. in commentarijs ad leges regias tit. de ſen. prouiſional. articulo 1. glo. 2. ſed ipſe Couar. dicit quod quo ad expenſas litis quando actor eſt pauper, & litigat de bonis hæreditarijs, & habet aliquam præſumptionem pro ſe, ſunt expẽſæ ſubminiſtrãdæ ab aduerſario, iuxta diſpoſitionem, d. §. de inofficioſo. Sed extra caſum. d §. de inofficioſo nunquam vidit hoc obſeruari, & in Sacro Conſilio fuit ſententiatum, vt ſorori petẽti legitimam etiam in prima inſtantia prouideatur de alimentis, quia eſt eadem æquitas, & tenet Mat. de Affl. dec. 11 incipiente ſoror.*
75 *† Seruus ẽt ſi aliqua habebat bona, & poſſidebat, & erat in quaſi poſſeſſione libertatis, & dominus ei bona abſtulit, & eum in ſeruitutem vendicauit, bona illa pendente lite ſeruo ſunt reſtituenda, ita demum ſi præſtiterit idoneos fideiuſſores de his bonis domino reſtituẽdis, caſu quo a Iudice ſeruus pronũciaretur, & ſi fideiuſſores dare non poterit bona ſequeſtrarentur. Tamen ex illis bonis ſumptus litis, & alimenta litiganti pro libertate dãtur, & ſic illi litiganti pauperi ex bonis quæ ipſe poſſidebat, & fuerunt ei oblata præſtantur alimenta, & ſumptus litis, & eſt caſus ſpecialis. de hoc eſt tex. in l. fi. § ſi ei, C. de ord. cogn & ibi Scrib. & Aegid. Bloſ. in d. ſua pra. in tit, de alimentis, col. 1. & Couar.*
76 *vbi ſupra. † Quæro generaliter Quid de diuite litigante cum paupere, an diues debeat ſubminiſtrare expenſas litis pauperi litiganti contra ſe, in iſta quæſtione ſunt diuerſæ opin. & Par. in tract. ſind. in verbo expenſæ, col. 2. tenet quod ſic, niſi pauper habeat peculium, ſeu bona allegat. c. ex parte, & ibi glo. de accuſ. etiam ex hoc infert. Quod ſindicandus ſi eſt diues debet ſubminiſtrare expenſas pauperib. cum quibus litigat, eandem opinionem tenuit Guid. Papa in*

quaſ.

*quæſt.parl.Delph.q.561.ſi quis,& Spe.in tit.de inqui
ſitione,§.vltimo,col.1.verſicu.porro,d.Aymo. conſi-
lio 164.primo vol.& Ang.conſ.245.col.4.poſt me-
dium,verſ.præterea quis tenetur,Silua nuptia.lib.6.
num.32.col.574.verſ.& ſi diues, monentur per text.
in d.c.ex parte,de accuſ.l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo,
ff.de inoff.teſt.l.fina.§ ſi quis ei. C. de ord. cogni.cum con
cor.per eos allegatis,& iſto caſu pauper pro ſe debet
habere præſumptionem iuſtitia pro ſe,vt prædicta lo
cum habeant,vt tenet Silua nuptial.vbi ſupra allegat
Io.Lup.in rep.c.p veſtras de donat. inter vir & vxo.
cur.61.col.1.in octaua, & vigeſima ampliatione, &
Doct.in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo,ff.de inoff.teſtam.
& ſupra tetigi. Contrariam opin. quod diues non tenea-
tur,tenuit Matth.de Affl.in conſl.regni,lege præſen
ti,col.7.in quarto notab.vbi late diſputat,& reſpondet
ad contraria,& eadem opin.tenuit Fran.Are. in d.c.ſi
qui teſtium,col.3.verſi. tertia concluſio de teſt. eandē
opin.tenuit Didacus Couarruuius licet inuolute loqua-
tur in libro practicarū quæſtionū,c.6.col.79.cum ſeq.
verſ.eſt tamen.Et dicit Boer.dec.303.col.2. quod nun
quam vidit in practica ſeruatum fuiſſe opin.Guid Pa
pæ, eandem opin.tenet Aegid.Blo.in ſua pract.in titu.
de alimentis præſtan.vxo.col.2.vbi ponit regulam ne
gatiuā, Quod reus diues non debet agenti inopi præſta
re alimenta,nec expenſas litis,mouentur præfati Do-
ctores per tex.in l.Imperatores.ff.de tutc.& rat. diſtr.
77 quem dicit eſſe ſing.Fran.Are.vbi ſup.† Et nemo con
tra ſe ipſū cogitur adiuuare aduerſariū,l.nimis graue
C.de teſt.immo qui cauſas fiſci protegunt nō tenentur
contra ſe ipſum vel filios protegere,l. penul ff.de po-
ſtu.& dicit Bal.in l.Imperatores, quod nemo cogitur
78 aduerſario ſuo cōtra ſe ipſū facere ſumptus litis.† Nec
tantum pauperib.fauere debemus quod cæteris iniuſtitiā
faciamus,c.ex tenore de foro comp. & Decius in c.1.
col.fi.in tertia fallentia de conſt. in 1.lectu. vbi dicit quod
in fauorabilibus cauſis ſic debitores ſumus,quod alijs iniu
ſtitia non fiat, iuxta illud deuter.23.pauperis non mi-
ſereberis in iudicio.Nec obſtant iura in contrarium al
legata quia ſunt caſus ſpeciales,vt dicit Aegid. vbi ſu
pra,& reſpondet Matt.de Affl.vbi ſup.daretur enim
vt plurimum pauperibus materia mouendi lites etiā
iniuſtas contra diuites,& iſta opin.eſt verior & tenen
79 da.† Nunquid autem pauper qui alimenta & litis ex-
penſas in caſu permiſſo conſequitur debeat cauere de
reſtituendo,ſi in cauſa ſuccubuerit breuiter Boeri.dec.
324.col.2.tenet quod non,ſed contrariū tenet Couarru.in
d.libro pra.quæſt.c.6,per tex.in l.cum autē, §.cum re-
dibetur,ff.de ędi.l.edi.& iſta pars videtur de iure ve-
80 rior.† Et aduerte ad illud quod eſt dictum de aduoca-
to,quod tenetur gratis aduocare pauperi, & Medicus
gratis curare ægrotum pauperē,aliàs poſſet interdici,
ei officiū aduocādi, vt dicit Guid.Papa in quæſt. parl.
Delp.56.& Couarru.in d.libro pra.quæſt.c.6.cum con
81 cor.intellige,vt infra dicam. † Ad dictam materiam
expenſarum præſtandarum,vide Boer.deciſ.325. vbi
ponit, An accuſatus debeat habere litis expēſas ab ac
cuſatore,vbi etiam ponit de muliere accuſata de adul-
terio a viro,an habeat expēſas. Similiter etiam in cau
ſis ſummarijs,quæ de plano expediuntur, iudex non
debet habere ſportulas,Bal.in l.generaliter,col.2.C.de
Epiſ.& Cler.Et per Iaſ.in d.§.tripli,colum.penul. cir-
82 ca fin.Inſt.de actio.† Et circa iſtos pauperes,notandum
eſt illud pium dictum, quod obſeruare debent aduo-
cati, Quod non debent recipere ſalarium a paupe-
ribus, vt not.Bald.in l.ſi furioſi, C.de nupt.& ſequi-
tur Iaſ.in d.§.columna penul.circa finem. Addit. Et
Gui.Papæ dec.651.& Couarru.in d.lib.pra.quæſt.c.6.
de quo tamen qualiter procedat, & An ipſo pauperi
competat actio contra aduocatum,vt cogatur patroci-
nari,vide late Fely.in cap.1.extra de off.iud. Et idem
eſt in medico circa ægrotum pauperem,quia gratis co
gitur ſubuenire, & mederi infirmo pauperi, vt dicit
gl 83.diſtinct. in ſumm. quia plus debet valere apud
Deum vita illius,quam propria pecunia. Quod tamen
intellige,in paupere conſtituto in extrema neceſſitate,
83 ſecundum Fely.vbi ſup.verſus finem. † Nec videa-
tur,mirum ſi prædicta ſunt ſtatuta in paupere, quia
multa alia ſpecialia ſunt priuilegia paupertatis, quia
cauſa pauperis eſt ante omnia, & in primis expedien
da, antequam cauſa diuitis, gloſ.in capit. in primis
2.quæſt.1.in prima gl.Felyn.in c.1.col. fina. extra de
accuſ.& vide Arch.in c.pauper.11.quæſ.3. ubi ponit
circa triginta ſpecialia paupertatis, & multa alia vi
de gl.in cap.cum ad ſacro ſanctæ,extra de ſenten.ex-
commun.in extrauagan.Ioan.vigeſimiſecundi in gl.in
verbo paupertati.Vtinam prædicta ſeruarent iſti im-
pij curiales, qui ſunt excoriatores pauperum, & ca-
nes curiarum,deuoratores ciuium,vt dicit Iaſon. in d.
§.tripli,col.2.in fi.loquor de malis, non de bonis, ſi
84 qui ſunt. † Et prædicta quod non debent ſolui ſpor-
tulæ,procedunt de iure canonico in foro eccleſiaſtico;
ſed de iure ciuili in foro ſeculari ſolui debent ſportulæ,
vt probat tex.in l.cum clericis,& in auten.ibi poſita,
ibi per omnes ſcribentes. C.de Epiſ.& Cler. & in §.
ſportularum in Auten.de ſan.epiſ.& ita procedit quod
dicit glo.in Auten.vt Cler.apud propr.Epiſ.in princ.
in verbo ſine damnis,columna 7. Limita tamen non
85 procedere in pauperibus,vt dictum eſt. † Et ſportulæ
debent ſolui ſecundum conſuetudinem,vt dicit Guil.de
Cunio in d.l.clericis,& Bal.in autē.generaliter, col. 1.
C.de epiſ & cler.& Abb.in d.c.cum ab omni extra de
vita,& honeſ.cler.qui concludunt,quod ſportulæ ſecun
dum fori conſuetudinem debent ſolui. Et tenet glo.in
auten.offeratur, in verbo,præbitis,in fi.C.de litis con
te.In regno pro copijs proceſſuum, & quibuſdā alijs,
eſt taxatum ſalarium,per c.Reginæ Ioannæ ſecundæ,
quod eſt poſitum inter Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ,
& Incipit Ioanna ſecunda, verſ.item pro copijs, &
ſimiliter ſalarium Regiæ Cameræ Summariæ,eſt taxa
tum per regiam pragmat.quæ incipit nos Ferdinādus
86 & c.vniuerſis,& ſingulis.† Duodecimum priuilegiū
eſt,quia clerici de acquiſitis, etiam ſub patris pote-
ſtate diſponunt, vt volunt, auctentica presbyteros,
& ibi Doctor.C. de Epiſcop, & Cleric. & Cardin. in
clementina prima de vita & honeſtate clericorum*

quæſt.17.quòd qualiter intelligatur, vide ibi Salyc.& gloſ.& Doct.in c.fin. extra de offi.ord. in ſexto.
87 *† Tertiumdecimum priuilegium eſt, quia Clerici poſſunt eſſe in iudicio, & agere pro rebus ſuis recuperandis, etiam ſine conſenſu patris, ſecundum Arch.in cap. fin.extra de iud.in 6.& ibi per alios, Car.in clemen.1.*
88 *de vita & honeſt.cler.quæſt.17.† Quartum decimum priuilegiũ eſt, quia clerici poſſunt facere collegiũ, arg. c.ſi.ext.de relig.do.vbi ſola noua religio probibetur, et tamen laicis hoc nõ licet, vt ff.de colle.illi, l.1.& p totũ, & Card.in cle.1.de vi.& ho. cler. q.17. ꝙ qualiter procedat, vide ibi Bar.& Doc & in l.1.ff.quod cuiuſq.*
89 *vni.& Inuo.in c.dilecta, extra de excep.pral.† Quintum decimum priuilegium eſt, quia ſeruus ſciente domino ordinatus ad clericatum liberatur a ſeruitute, & poteſtate dominica, c.ſi ſeruus, 54.diſtin. & tex.in auten.de ſan.Epiſ.§.ſi ſeruus, col.9.& Card.in d.clem.1. de vi.& hon.cler.Et quid de aſcripticijs ordinatis contra Domini voluntatem, vide in auten. de ſan. Epiſ.§. aſcripticios, & in l.quiſquis, C.de epiſ.& cler.& in conſtit.regni aſcripticios, & ibi Matth.de Affl.col.1.in ſecundo, & tertio not.& ad materiam vide in toto tit. extra de ſeru.non ord.Sextum decimum priuilegium*
90 *eſt.† Nam licet aliàs pater propter neceſſitatem famis poſſit vendere filium, l.2.& ibi Doct. C. de patri, qui fil.diſtra.glo.in c.ſi quis extra de fur.& in cap.diſcipulos de conſenſu diſtin.6.tamen pater non põt vendere filium presbyterum, Hoſt.in d.cap.indecorum extra de æta.& qualita.& ibi Doct.Ioan.de Ana.in d.c. ſi quis, col.2.ver.tu adde, Card.in clemen.prima, col.5. extra de vita& hon.cler.Hipol.de Marſi.in ſing.101. Incipiente pater, & in rub.ff.de fideiu.col.56.nu.120.*
91 *† Decimum ſeptimum eſt quia clericus poteſt vendicare rem conceſſam eccleſiæ, aut traditionem, l.fina.C. de ſacroſan.eccl.c.ex literis extra de conſue. & Doctor. in d.locis, & Card.in clemen.prima, de vita, & honeſt.*
92 *cler.† Decimum octauum eſt, quia clericus non poteſt dari tutor in teſtamento, Immo eum dans decedit in peccato mortali, 21.q.3.cap.Ciprianus, & ibi gloſ.Similiter non poſſunt clerici eſſe tutores datiui, nec cogũtur ſuſcipere legitimam tutelam, licet volentes admittantur 86.diſtinct.c.fina.& ibi gloſ.C.de epiſ.& cler.l. generaliter Canonizata, 16.q.1.c.generaliter & Doct. in dictis locis, Io.And.& Ge.in c.1 §.in cæteris, col.2, extra de cler.coniug.lib.6..Abb.in cap.non minus, co-*
93 *lum.3.in prin.extra de immun eccleſ. † Decimũ nonũ eſt, quia laici regulariter non admittuntur ad accuſandum clericos, c.cum P. Manconella extra de accuſat. & ibi præſcrib.c.de cætero extra de teſt.2 q.7. c.1.2. & 3.6.q.1.c.beatus, 11.q.1.2.& Doct. in dictis locis.*
94 *† Fallit niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur,*
95 *4.q.6.c.omnibus.† Fallit in crimine Simoniæ, hæreſis, & læſæ maieſtatis, extra de ſimo.ca.tanta, 2.quæſt.7. c.Sacerdotes, & c.oues, 15.quæſt.3.c.ſanè, C. de epiſ. et cler.l.ſi quemquam.Et hoc, ſi bono zelo, non ex odio procedant, vt per gl.in dicto c.cum P. Manconella.*
96 *Fallit etiam, quando delictum clerici eſſet notorium, vt tenet Bar.in c.cum dilectus, el 2.ad finem, extra de purg.canon.Anton.de Butr.in cap.ex parte ade.col.5. extra de teſt.Abb.& Fel.in d.c.de cætero, columna 2. verſi.ſecundo limita, cum concord.in dictis locis, quia in notorijs nõ requiritur ordo iuris, c.ad noſtram, el 3. extra de iureiuran.& hoc caſu ceſſat ratio quare laicus non admittatur ad accuſandum, laici enim repelluntur ab accuſando, quia præſumuntur quod moueantur malo zelo, tanquam clericis infeſti, 2 quæſt. 7.c.laicos, & in c.clericis extra de immun.eccleſ.lib.6. ſed iſta ratio ceſſat in crimine notorio, quia ex quo crimen eſt notorium, non videtur poſſe nocere clerico, quod ſit laicus, ergo debet admitti, vt dicit Anton. de Butr. vbi ſupra, cum ceſſet ratio odij. Sed contra iſtam fallentiam tenuit Franc.de Are.in dicto capit. cum P.Manconella, columna 4.cum ſeq. & quidam Moder.ibi per eum relati, & d.Præpo.in c.laicos, columna 2.ſecunda quæſt.7.quia licet ceſſet ratio odij, nõ tamen ceſſant aliæ rationes probibitiuæ, maxime illa, quia laicus probibetur accuſare clericum, propter reuerentiam quæ ſibi debetur, & ſic licet ceſſet vna ratio ſcilicet odij, non tamen ceſſat alia, ſcilicet reuerentiæ, & ſic durat prohibitio, §.affinitatis, & ibi gloſſ. Inſtit.de nup.l.quid ergo, §.notantur, ff.de his qui not. infam.& ſic erit dicendum, quod etiam in notorijs non admittitur laicus ad accuſandum clericum, & licet prima opin. videatur plurimorum auctoritatibus roborata, tamen iſta videtur verior ſecundum Are.vbi ſupra, colum.5.verſi.circa ſecundam. Conclude ergo in iſta fallentia, quod regulariter laicus non poteſt*
accuſare clericum, etiam notorie delinquentem, & criminoſum, quod tamen fallit in ſeptem caſibus. 97
† Primo in hæretico, ſecundo in ſciſmatico, tertio in fornicatore, quarto in ſimoniaco quo ad ordines, quinto in excommuncato, ſexto in ſuſpenſo, ſeptimo in depoſito, vt tenet gloſ.in c.cum non liceat extra de præſcript.quam ibi ſequuntur Ioan.Andr..Abb.Felyn.& d.Petrus, Paul.Pariſius, & communiter Doctor.quia in dictis caſibus licitum eſt recedere ab obedientia, & reuerentia, non ſolum clerici, ſed etiam prælati, vt ibi declarant Doctor.ratio eſt quare iſtis non debetur obedientia, & reuerentia, quia excommunicato non poteſt communicari ſine periculo, vt notat Innoc.in cap.inter dilectos extra de excep.prælã.& in c. ſciſcitatus extra de reſcrip. c. cum ſuper extra de offic. deleg. Idẽ quod in excommunicato dicendum eſt in notorio fornicatore, & ſimoniaco, quia ab eorum obedientia ſua auctoritate recedere licet 32.diſtinct. cap. verum, & tenet Innoc.& alij in d. c. cum non liceat, quia ſecundum communem opin.iſti ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab officio, vt late declarat Abb.& alij in dicto c.cum non liceat, columna 2.in fine, & ſubditi poſſunt denegare obedientiam notorio fornicatori. immo tenentur non obedire ei, etiam ſi eſſet toleratus per ſuperiores, vt tenet d.Præpo.in c præter, §.ad hoc, col. ſeptima 32.diſtinct.cum concordan.ibi, quia talis notorius fornicator eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios, capitulo finali, extra de cohabit. cler. & mulier. vnde ſequitur, quod ante ſententiam priuationis,

non

non eſt ipſi parendum ſecundum d. Ant. in ca. veſtra, extra de coh. cler. & mulie. & Dom. in d. c. ſacerdotes, & d. Pariſi. in d. c. cum non liceat in quarta limitatione, & alias rationes in dictis ſeptem caſibus ponunt, Io. And. Abb. & alij in d. cum non liceac, vbi vide: in dictis ergo caſibus cum ceſſet ratio reuerentie, & obedientiæ, laicus poteſt accuſare clericum notoriæ criminoſum, & procedit opin. tenentium iſtam partem, & ceſſat rō tenentiū contrariam opi.

98 *† Et prædicta q laicus non poſſit accuſare clericum procedūt etiam in clericis primæ tonſuræ, vt per Fel. in d. c. de cætero, in pri. extra de teſtib. & Ant. Corſ. in ſing. ſuis, in verbo, accuſatio. Et in caſibus in quib. laici admittuntur ad accuſandum clericos admittuntur etiam viles, vt eſt glo. in d. c. de cætero, extra de teſt. & Fran. Are. in d. c. cum P.*

96 *Manconella, extra de accuſ. ¶ † Vigeſimum priuilegiū eſt, quia clericuc nō cogitur per ſe iurare de calumnia, ſed poteſt per aliū iurare, c. 1. & ibi Doct. extra de iur. calum. & Gem. & alij in c. 1. §. in cęteris extra de cler. coniug. in 6.*

100 *¶ † Vigeſimum primum priuilegium eſt, nam licet aliàs in acquiſitis per filium ex cauſa aduentitia, pater habeat vſufructum, vt per omnes in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. & in l. placet. ff. de acq. hær. & inſt. per quas perſo. nob. acq. §. 1. Tamen illud qđ acquirit filius presbiter etiam ſi quærat ex cauſa aduētitia, contemplatione ſua, & non eccleſiæ pleno iure ſibi acquirit, & pater in eis non habet vsūfructum ſecundum Cyn. in auth. presbyteroc. C. de epiſ. & cler. Inno. & Hoſtien. in c. quia nos, extra de teſt. Hyp. in rub. de fideiuſ. colum. 10 & iſta coniunge cum dictis ſupra in duodecimo priuilegio.*

101 *† Vigeſimū ſecūdum priuilegium eſt, nam licet collectę, ſeu gabellę, & datia, ſeu noua pedagia, & ſuperindictum, a nullo poſſit exigi, niſi fuerint impoſita cū Imperatoris, ſeu Regis auctoritate. c. innouamus extra de cenſ. c. ſuper quibuſdam ext. de verb.*

102 *ſign. C. de ſuperind. l. 1. lib. 10. † Quæ noua vectigalia inſtitui non poſſunt per ciuitates, niſi cum principis auctoritate, l. 2. C. vectiga. non poſſ. & C. de exa. trib. l. 1. lib. 10. & de excuſ. mun. l. placet, late per Ioan. Berta, firma. in tra. de gab. in prima par. col. 3. in quarta quæſtione, & per Ant. Cap. deciſ. 148. conſueuit hactenus, & per Saly. in l. placet, col. 1. C. de ſacro ſanctis eccleſ. cum concor. in d. locis, quod tamen limitatur procedere, quando imponitur generalis collecta, ſed ſpecialem pro neceſſitatibus vniuerſitatis bene ciuitas poſſet imponere, vt dicit Bar. in conſil. 180. incipiente ſi aliqua poſſeſſio. in prin. & Saly. in l. neminem, C. de ſacroſan. eccl. ſed tamen Firma. & Ant. Cap. vbi ſupra tenent q etiam hoc caſu requiratur licentia ſuperioris. Clericitamen, & eccleſiæ, eccleſiaſticęque perſonæ, a talibus gabellis exactionibus, & collectis, ſunt immunes, vt probatur Gene. 47. et Eſdrę, cap. 7. et hoc fuit ſtatutum in Lateranenſi conſilio. c. non minus, et ibi Doct. extra de immu. eccl. c. quamquam, et ibi gl. et Doct. extra de cenſib. in 6. l. placet, et ibi bona glo. Bal. Sal. et alij. C. de ſacroſanct. eccl. canonizata, 16. q. 1. c. generaliter, §. placet, aliàs eſt ſub §. nouarum glo. in d. l. 2. C. vectig. no. inſtit. non po. tex. in Auten. item nulla communitas, C. de Epiſ. et cler. in corpore vnde ſumitur illa auten. Spe. in tit. de Cler. coniug. verſ. 2 et ibi Bald. in addit. Bar in l. de his, C. de Epiſ. et Cler. et in l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de mun et bon. tex. in clem. 1 et ibi Car. extra de immun. eccl. Bert firma. in d tra. de gab. in ſe prima parte principali. col. 5. verſ quęritur etiā. Addi. Adde quod filij ſacerdotum nati ante clericatū, et ſic legitimi et naturales, ſunt etiam immunes a gabellis. et angarijs gl. fi in l 2. in uerbo filij, C. de Epiſc. et Cler.*

103 *† Et licet ſit dubium nunquid clericus pro patrimonialib. ſit immunis a collectis p tex. in l. fi §. patrimoniorum, et ibi gl. in uerbo, pontifex. ff. de mun. et bono. ubi habetur, q pro patrimonialib. nemo eſt immunis, imò nec pontifex, nec Clerici, ad quod, C. de mun. patr. l. 2. lib. 10. et gl. in c. 1. extra de cenſi. in 6. et Aud. de Iſer. in titulo quæ ſint reg. ſuper verbo, et et xrāſordinaria collatio. tamen commun. opin eſt, Quod Clerici, tam pro rebuc quac tenent ab eccleſia, quam pro patrimonialibus, ſunt immunes a collectis, et gabellis, et non tenentur ſoluere cum laicis, ut not. in capit. fina et ibi Abb. extra de vita, et bon. cler. Arch. et alij in c. 1. extra de cenſ. lib. 6. Bal. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl Bart. in l. vnica. C. de mul. et in quo loco, libro 10. Matt. de Affl in conſt. regni hac edictali lib tertio; col. 1. et 3. Gem. in c. 1. § i cæteris extra de Cler cōiug. in 6 et in c quamquā de cēſi in 6. Phil. Fran. in d. c. 1. extra de immun. eccl. in 6. vbi ponit multas limitationes, Anto. de Butr. in c. 1. extra de cenſu. verſ. quid ſi conſuetudo, et ibi etiam Ioan. de Imo. et idem Ant. de But in d. c non minus, in tertio notab. de immu. eccleſ: Ale. conſ. 68 incipiente, et uiſo, in prin. 2. volum Fel: in c Eccleſia Sāctę Marię, col 4. cum ſeq. ex de conſt. et ibi Phil. Decius, col. 10 uerſ. et ſicut, ubi latè diſputant, An bona patrimonialia Clericorum gaudeant priuilegio bonorum eccleſiæ, et in regno de hoc eſt, cap. regni, quod incipit, itē ſtatuimus, quod Clerici, nu. 96. ſub rub. quod Clerici Clericaliter viuentes, es ibi Seb. de Neapol. in addit. vbi ſtatuitur, quod Clerici qui Clericaliter viuunt, non tenentur ſoluere collectas cum laicis, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec patrimonialib. de portionibus eis legitime tangentibus, et iſta eſt communis concluſio. quam limita, ut inferius dicam. Nec obſtant in contrarium allegata, quia loquuntur in prædijs tributarijs, et oneribus mere realibus, ut dicit Bar in d conſilio 180 in fine, & Decius in d. c. eccleſia Sanctę Mariæ, col. 10. in prin. Addi. Et videtur velle Guid. Papa in quæſt. Delp. quæſtione 79. incipiente an Clerico. Sed quæro. † An Clerici, & eccleſiæ teneantur ſoluere collectas, & gabellas, pro bonis emptis, a laicis, deſcriptis in extimo, ſeu cataſto, pro quibus ipſi laici tenebantur ſoluere regias collectas; & functiones fiſcales. iſta quæſtio eſt multum ardua, & difficilis, & multum dubia, & variæ reperiuntur doctorum opiniones. Et pro parte affirmatiua, quod teneantur, adducitur. Primo, quia pro illis rebus antequam ad Clericos, vel eccleſias peruenirent ſoluebantur collectę, & functiones fiſcales, & regulare eſt, quod quando res peruenit ad priuilegiatum*

nunquam mutat naturam ſuã in alterius præiudiciũ,
vt not.Io.And.in c.2.in fi.extra de deci. lib.6.quia nõ
debet ex perſonis clericorum,ad quos bona ipſa perue-
niunt,obligationis conditio immutari,ff.de ver. oblig.
105 l.2.§.ex his,& l.eadem,§.cato.cod.titu.Secundo addu
citur.† Quia priuilegiatus ſuccedens nõ priuilegiato,
non vtitur priuilegio ſuo.C.de hæred.actio. l.ſub præ-
textu.& C.de non num.pecu.l.ſi intra,& ibi glo.& ff.
de mino.l. æmilius, ſed clerici qui in rebus laicorum
ſuccedunt,eo iure quo prædeceſſores laici vti debent,
ff.de reg.iur.l.ſi is qui in ius, variatio enim hæredis,
non variat ius rei,vel conditionem.ff.de decurio.l.de-
eurio qui.ff.de iure fiſci,l.3.§.ſi poſteriori, & l.fiſcus
106 cum concordan.Tertio adducitur.† Quia ex quo cle-
rici,& eccleſiæ,quotidie multas emunt, & acquirunt
poſſeſſiones,de quibus functiones fiſcales, & iura Re-
gis ſoluebantur,ſi ſoluere non tenerentur, multum re-
gius fiſcus lęderetur, & occaſione priuilegiorum ec-
cleſiæ, & clericorum, non debet Fiſcus prægrauari,
pro hoc bonus tex.in c.nuper,extra de deci.talis enim
tranſlatio prædiorum venditoribus ad emptores fa-
cta, debet eſſe ſine damno fiſco inferendo, ſunt enim
ſoluenda iura regis abſque diminutione,§.coges, verſ.
non permittas,& verſ.ſi vero,in aucten.de mand.pri-
107 cip †Quarto adducitur tex.in §.ſi vero,quidam,cuili-
bet in auten.de alie.& emph.vbi probatur,quod ſi ali
cui eccleſiæ fuerit vendita,vel donata aliqua poſſeſſio
quę fuerit onerata fiſcalium nomine, vel alio onere,
quod redundet in damnum eccleſiæ, illud grauamen
redundabit ad venditorem,vel donatorem, quia ipſe
tenebitur reſtituere eccleſiæ omne damnum, ergo ibi
probatur,et eſt caſus quæſtionis noſtræ, quod res quæ
peruenit ad eccleſiam,quæ tenetur pro fiſcalibus fun-
ctionibus,non efficitur libera, ſed pro ea ſolui debent
functiones fiſcales,et eccleſia recuperabit a uenditore.
108 Quinto,† Adducitur tex. in l. inter debitorem. ff.de
pact.vbi probatur,quod pactum inter debitorẽ,& cre-
ditorem factum, vt onus tributi prędij pignorati ſol-
uere tenetur debitor,& non creditor, talis conuentio
non nocet fiſco, quo minus conueniat ſemper poſſeſſo-
rem pro ſolutione tributi,vt ibi etiam dicitur in glo.li-
cet valeat reſpectu ipſorum paciſcentium, vt ipſi in-
ter ſe agant,& ſic ibi probatur, quod poſſeſſor tene-
tur ſoluere tributum,& functiones fiſcales,quia pactis
priuatorum ius fiſcale conuelli non poteſt, vt ibi dici-
tur,& ad prædicta bonus tex.in l. fina. C. ſi ſine cen.
109 vel relig.Sexto adducitur,† quia ſicut quando tranſ-
fertur in alium res emphiteutica,tranſit cũ onere ſuo,
& eodem iure,ſicut erat apud primum emphiteotam,
per ea quæ dicit Spec in tit.de loca.§.nunc aliqua,ver.
109 & uerſ.166.per iura ibi allegata, eodem modo
dicendum eſt in caſu noſtro, quia non debet eſſe dete-
rior conditio fiſci, quam priuati, vel eccleſiæ, cum
fiſcus,reſpublica,& eccleſia, a pari procedunt, l.fina.
110 C.de ſacro ſan.eccleſ.Septimo,† adducitur tex. in l. de
his,C.de epiſc.& cler. vbi probatur, quod clerici pro
prædijs proprijs tenentur ad fiſcalia ordinaria.non autẽ
111 ad extraordinaria,vt ibi per Salyc. Octauo,† Ad-
ducitur quia legitur ꝙ Chriſtus ſoluit tributũ Cęſari,
vt habetur Matthęi.17.c.& 11.q.1.c.magnũ,& 23.
q.1.c.iam nunc,ergo clerici,& eccleſiæ, tanquã infe-
riores ſoluere tenentur, & Chriſti actio noſtra eſt in-
ſtructio.12.q.1 c.exemplum,quia quæ bonus pater fa
cit, debet deuotus filius imitari,56.diſtinct.c.dominus
112 noſter.ĩ fi.Spe.in proœ.col.4.verſ.ceterũ.Nono,† Ad-
ducitur,quia Chriſtus dixit,reddite quæ ſunt Cęſaris
Cęſari,& quæ ſũt Dei,Deo,vt habetur Matthęi.c 22.
& habetur ad Roma.c.13.vbi dicitur,reddite ergo om
nibus debita,cui tributum,tributum,cui vectigal,ve-
ctigal,cui timorem,timorem,cui honorẽ, honorẽ. De-
113 cimo,† Adducitur quod dixit Apoſtolus,omnis ani-
ma ſublimioribus poteſtatib.debet eſſe ſubiecta in tri-
butis,& alijs,vt habetur ad Roma.ca.13 in princ.&
11 q.1.c.magnum,& ibi etiam d.Præpo.in notab. &
exponitur omnis anima,ideſt omnis homo peccato ob-
114 noxius,vt ibi per gl & d.Præp. Vndecimo,† Addu-
citur,quia etiam eccleſia debet ſoluere tributum de
agris,& poſſeſſionibus tributarijs,quas poſſidet, vt in
c.ſi tributum,& in c.magnum.11.q.1.& c.tributum,
23.q.8 & Fely.in c.meminimus, col.2. in fi.extra de
accuſat.niſi de his prædijs,in quibus eſt fundata eccle
ſia,vel officinę eius,quæ debent eſſe liberę, vt in capit.
ſecundum,cum ſeq.& ibi gl.& Doctor.23. q.8. extra
de cenſ.c.ſancitum,& gl.in d.cap.ſi tributum.11. q.1.
115 Duodecimo adducitur,† Quia ex quo Imperator tene-
tur,& defenſat eccleſias,& clericos.ꝓpea tributũ ſol-
uere tenentur,d.c.tributum,23.q.8.Et ratio fiſcalium
functionum,& militibus,& priuatis,ipſiuſq; templis,
& cunctę reipublicæ,vtilis,& neceſſaria eſt, vt dicit
tex.in auten.de mand.prin.§.publicorum vero, quia
defenſat ab hoſtib.& in pace, & quiete tuetur. Ter-
116 tiodecimo adducitur.† Quia bona illius, qui tenetur
ſoluere tributũ,ſunt iure pignoris pro tributis obliga-
ta.C.in quib.cau.pig.taci.contrah l.1. & ibi glo.& in
l 1.in fi.& ibi gl.C.ſi propter publ.penſi.& tenet Bal.
in l.1.§.quod nemo,ff.quod cuiuſq; vni.no. & Bal.in
extrauag.de pace conſtan.in verbo, nos Romanorum,
Pau de Ca.in l.apud Iulianũ,§.hæres,ff.de leg.1.Soc.
conſ 343.in præſenti.2 vol.col.fin.Et bona poſita, &
ſemel deſcripta in extimo,ſeu cataſto,pro ſoluendis col
lectis,ſunt illo onere ſoluendi collectas, quaſi per pa-
ctum affecta,& ſic,ſi perueniunt ad clericos, nihilo-
minus ſunt ſubiecta laicis,pro illo onere collectarum,
vt dicit Mat.de Affl.in conſt regni,hac edictali.la2.
117 colum.1.cum ſeq.Quartodecimo,† Adducitur illud,
quod notanter tenuit,Ang.conſ.206. incipiente inter
ordinamenta,col.1.vbi dicit, Quod pro ſoluendis iſtis
præſtantijs,& collectis regijs,bona illorum, quib.im-
ponuntur,ſunt tacitè hypotecata,ſicut pro ęre alieno,
cum tales præſtantiæ loco ęris alieni habeantur.Et ex
hoc infert ad deciſionem dubij,Quod ſi tales præſtan-
tiæ,ſeu collectæ fuerunt impoſitæ, vt ſoluantur pro tri
bus annis,& tempore quo fuerunt impoſitæ erat viuus
teſtator,qui poſtea obijt relicto hoſpitali hærede,quod
hoc caſu dictum hoſpitale tenetur dictas præſtantias
ſoluere per trienniũ,ſecundũ extimum impoſitum, ex

quo impoſitis illis præſtãtijs, ſtatim fuit obligatus ille
teſtator, & eius bona, vnde poſtea tranſeunt in hoſpi-
tale cum onere ſuo, & iſta eſt notabilis deciſio, & ea
etiam refert, & ſequitur Fely. in c. eccleſia Sanctæ Ma
riæ, col. 32. ver. tertio notab. extra de conſt. & Ale. in
addit. ad l. Bar. in l. titio, ff. ad munic. allegat Bal in cõſ.
incipiente, quidam laicus, vbi dicit ꝗ clericus ſuccedẽs
laico, cogitur ad collectas in præteritum impoſitas
ſuper illis rebus, ſecus ſi in futurum imponerentur in
rebus illis franchis, vt ibi per eos. Quintodecimo,
118 *Adducitur, † quia ex quo tales poſſeſſiones venditę*
eccleſiis, ſeu clericis, per prius erant tributaria, & af-
fectę onere tributi, & collectarum, ex quo erant de-
ſcriptæ in extimo, tranſeunt ad eccleſiam, & ad cleri-
cos cum onere ſuo. 16. q. 1. c. ſi quis, de deciſ. cap. paſto-
ralis, de pign. c. ex literis, tex. & gl. in clem. 1. de cenſi.
& d. c. ſi tributum. 11. q. 1. & cap. tributum. 23. q. 8. de
cenſi. c. 1. de immun. eccleſiarum, c. 1. lib. 6. C. de epiſ. &
cler. l. 3. probat tex. in l. peto, §. fratre. ff. de leg. 2. & di-
cit Bal conſ. 148. incipiente præmiſſo ſtatuto. 1. vol. ꝗ
ad clericos tranſit res cum ſua cauſa ſuiſq; vitiis l. põ-
ponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acqui. poſſ. Sexto-
119 *decimo, † Adducitur, quia vendens, ſeu concedens rẽ*
obligatam, & annexam oneri tributorum, intelligitur
vendidiſſe, & conceſſiſſe ſolum ius quod habebat in
re. ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas de hære. cap. ac-
cuſatus. §. ſi uero, libro 6. & quod notat Innoc. in cap.
verum de foro comp. & nemo poteſt plus iuris in aliũ
transferre, quam ipſe habeat, l. traditio ff de acqui. re.
dom. ſed laicus habebat poſſeſſionem pro functionib. fi-
ſcalibus obligatam, ergo liberam ab illa obligatione
transſerre non potuit, ſed ſicut ipſe habebat, quia qui
in ius alterius ſuccedit, eo iure quo ille vti dẽt, vt in re-
gula ſi quis ſucceſſit de reg. iur. in 6. Decimoſeptimo,
120 *† Adducitur illud, quod ponit Innoc. in c. non minus*
de immun. eccleſ. vbi dicit, ꝗ ſi ad eccleſiã perueniat
poſſeſſio, cuius ratione debet præſtare pſonale munus,
ſeu militare, puta exercitium, vel hoſpitium, eccle-
ſia ad illud tenetur, tamquam tenens rẽ oneri annexã.
121 *Decimo octauo. † Adducitur, quia non eſt dicendũ, ꝗ*
Eccleſia, quæ eſt mater, & fons iuſtitiæ, velit negare,
aut auferre alicui quod ſuum eſt, & non ſoluere tri-
butum de bonis, de quibus ſoluere tenetur, vt dicit
122 *Præpo. in d. c. ſi tributum, col. 2. Decimo nono, † Addu-*
citur, Quia ſi clericus, vel eccleſia, ſciebat rem illam
quam emebat oneratam onere fiſcalium functionum,
& ipſa ſic oneratam accepit, ſibi debet imputari, quia
ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, vt in regula ſcien-
ti, de regul. iur. in 6. & damnum quod quis ſua culpa
ſentit ſibi debet imputari, vt in regula damnum de re-
gu. iur. in 6. Si vero ignorauit eſſe ſic oneratã, intereſſe
a venditore conſequitur, vt C. de imponen. lucra. de-
ſcri. l. prima §. res vero lib. 10. benefacit tex. in § ſi ve-
123 *ro quidam in Auth. de alie. & emph. Vigeſimo, † Ad-*
ducitur tex. quaſi in terminis, in l. ſi diuina, C. de exa.
trib. lib. 10. vbi probatur, ꝗ ſi alienaui prædiũ pro quo
ſoluebantur fiſcales functiones, poſſeſſor qualicunq; p-
rogatiua munitus ſit, etiam ſi fuerit eccleſia, debet pro

eo ſoluere fiſcales functiones, vt ibi in tex. Ratio aſſi-
gnatur, quia vt dicit ibi glo. in verbo prior, iſtę publi-
cę functiones, & tributa dicuntur onera rerum, & ideo
cum rebus ambulant, & tranſeunt, vt ff de publ. l. Im-
peratores, & C. de funct. patr. l. vniuerſi, lib. 11. & C.
de pręd. & omni. reb. naui. l. 2. lib. 11. & ff. de cenſi. l.
forma, & facit de dec. c. cum non ſit in homine, & C.
de anno. & tribu. l. 1. lib. 10. & l. apud Iulianum, §. ha-
res, ff. de leg. 1. & Bar. l. 1. C. de mulie. & in quo loco. Vi-
124 *geſimo primo, † Adducitur illud quod dixit Io. And.*
in c. 1. de immun. eccleſ. lib. 6. vbi dicit quod ſi poſſeſſio
per eccleſiam acquiſita, erat aſtricta dare pro ſolido, et
libra ad collectas, quia quandoque patrimonialia mu-
nera poſſeſſionibus inducuntur, ff. de mun. & ho. l. reſcri-
pto, & l. munerum. § patrimoniorum: tunc res illa eſt
onerata, & cum illo onere tranſit ad eccleſiam. l. om-
125 *nes. C. ſine cenſ. vel reliqui. Vigeſimo ſecundo, † Ad-*
ducitur, quia ſi eſſet ſtatutum in ciuitate, ꝗ omnia præ-
dia ſint tributaria, tunc ſi prædium perueniret ad eccle-
ſiam, ex quo habet iſtud onus reale annexum, tenere-
tur eccleſia, vt tenet Bar. in l. reſcripto. §. fin. ff. de mu-
ner. & hono. & in l. placet, C. de ſacroſan. eccleſ. in qui-
bus locis etiam dicit, quod ita fecerũt Eugubienſes, et
Peruſini. Et propterea ſecundum eum in dictis locis,
eſt dare conſilium, quo mediante eccleſia ſemper tene-
bitur ad collectas, ſcilicet vt fiat ſtatutum, ꝗ omnia
prædia ſint tributaria, quia ſi poſtea tranſeunt in eccle-
ſiam, tranſeunt cum onere collectandi, & eãdem opin.
cenuit Bar. in l. fin. C. de exa. trib. lib. 10. in l. 1. cir. fi. C.
de mul. & in quo loco, lib. 10. & Bal. in c. q̃ in eccleſia-
rũ. col. 4. de conſt. & in tit. de pace conſtan. in 5. colum.
Abb. in c. quod clericis, col. 3. ver. & pro hac de foro
comp. & pro iſta parte conſuluit Collegium Peruſi-
num, cui conſilio ſe ſubſcripſit Gaſpar de Cald. vt pa-
tet in eius conſilio 2. incipiente ſtatuto Peruſino caue-
tur, in tit. de cenſi. & in conſil. 7. in titulo de conſtitu.
quia communitas poteſt facere prędia tributaria, dũ
modo ceſſet fraus ſecundum eum, quod patet, quia fa-
cere munera ordinata, pendet a iuriſdictione quã quis
habet ſuper re extra de præb. cap. ſignificatum, & de
ſepul. cap. de his, Item pactum, & lex æquiparantur,
quia quod poteſt fieri per pactum, poteſt etiam fieri
per legem, 8. diſtin. c. quæ contra mores, 10. q. 3. c. pen.
20. q. 1. c. puellæ de deciſ. c. a nobis ſed nulli dubium, ꝗ
hoc munus reale, & ordinarium poſſet priuatus rei ſuæ
adijcere, d. c. de his, & de cond. appo. cap. verum, & de
dona. c. cum dilectus, ergo poteſt fieri per ſtatutum, &
cum opin. Bar tenuit etiam Ang. conſil. 24. Incipiente
eccleſia, non tenetur ad munera, & pleniſſimè Pet. de
Anchar. conſil. 303. incipiente hoc ſtatutum commu-
nis Piſtorij, vbi pro hac parte multas rationes allegat,
& inter alias, quia ſi ſinguli poſſunt hoc facere, ergo
126 *& vniuerſitas. l. loci corpus. ff de leg. 3. † Tamen iſta*
cautela, & conſilium Bars. & eius opin. cõmuniter non
tenetur, quia tale ſtatutum diceretur factum in fraudẽ
& indirecte contra libertatem eccleſiaſticam, & tale
munus eſſet extra ordinarium, ad quod non tenetur ec-
cleſia, & contra Bar. in caſu propoſito tenet Bald in l.
nemi-

neminem.C.de ſacro ſan.eccl.Bal.& Pau.de Caſt.in d.
l.placet.C.de ſacro ſan.eccl.Arch.Io.And.& Gem. in
cap.1.de immun.eccl.in 6.Imo.& Abb.in c.fin. de vi.
& honeſt.cler.Lud.Ro.in l.ſi.publicanus,ff.de publ.&
vectig.Bar cōſ 180.ſi aliqua poſseſſio.Iaſon.in dicta l.
placet,in prima lectu.col.penul.& in ſecunda lect.col.
fi.Fely.in c eccleſ.Sanctæ Mariæ.col.3.de conſtit. Al-
ber.Bru.in tract.de conſt.decre.ſtatu.&c.in ver. tribu
ta,col.1.in tertio vol.cum concor.in d.locis, in quibus
concludunt tale ſtatutum nō valere. Ad prædicta vi
de etiam Pet.Bellug.in ſpeculo principum in tit.de do-
natiuo curiæ,in prin.car.214.verſi.item & qui,vbi ēt
refert alium modum,quē fecerunt Eugubij magis ſe-
curum,quod quilibet ciuis, & comitatenſis, donant
communi omnes poſſeſſiones quas habent nominatim
diſtinguendo per confines, & illas poſſeſſiones capie-
bant poſtea a cōi ſub tributo,& cenſu collectarum,&
quod ſemper in qualibet alienatione, vel teſtamento
intelligatur exemptū ius cōmunitatis. Sed bene cogi-
127 *tandum eſt ad hoc faciendum.Vigeſimo tertio,† Ad-*
ducitur,quia eccleſia tenetur ad onera ordinaria, me-
re realia,quæ imponūtur ipſis prædijs,de cōſenſu prin
cipis,vt tenet Bar.in l.placet,C.de ſacro ſan.eccleſ. &
ibi Sal.col.1.& Arch.in c.placet.16.q.1.& Iaſo.in
d.l.placet in ſecunda lect.col.penul.qui dicit, ꝙ omnes
Legiſtę,& Canoniſtę tenent iſtam opin.per d.l. placet
canonizatam in d.placet,quia illa non eſt correcta per
Auten.item nulla cōmunitas,C.de epiſ.& cler.quæ lo
quitur in extraordinarijs. Immo hodie iſta extraordi-
naria imponuntur a rege,ex quo ſunt reducta ad ordi-
naria,& omnia iura quæ loquuntur in ordinarijs hēnt
locum in extraordinarijs,vt C.de leg.hære.l.pen. & l.
meminimus,in fi.vt tenet Iac But.& Guil.de Cu.in d.
l.placet,& Bar.in l.reſcripto.§.fi.ff.de mune. & hono.
Cald.conſ.2. de cenſi. & conſil.7.de conſtit. & eſt ca-
ſus in l.1.C.de indict.lib.10.Et propterea Cald.vbi ſu
pra,& alij dicunt,ꝙ licet onera quæ imponuntur per-
ſonis pro rebus,ſint extraordinaria. ſicut ſunt colle-
ctę,& propterea ad illas non tenetur eccleſia, tamen
qa talia munera extraordinaria ſunt facta ordinaria,
& omni anno ſoluuntur,quod fieri poteſt, vt d.l. 1.C.
de indict.lib.10.& talia munera conſtat eſſe tributa,
& præſtationes ordinarias,& reales,& rei cohærētes,
& quando fuerunt ſcripta in extimo ſeu appretio poſſi
debantur per laicos ſi poſtmodum perueniant ad eccle
ſias tranſeunt cum onere ſuo,vt dicunt Doct. vbi ſup.
Et dicit Saly.in d.l.placet,ꝙ hodie ſuperindictum eſt
effectum ordinarium,niſi aliquid extraordinarium ca
ſualiter imponerētur,de quo late per eundem Saly. in
l.fi.C.ſine cenſu.vel relig.& ab extraordinarijs tantū
eſſe immunes eccleſias,vt per Saly.in d.l.placet. Ad
prædicta etiam vide Bal.in d.l.fi.C.ſine cenſu,vel reli.
col.2.verſ.ſed hic poteſt dubitari,vbi dicit,Qđ quando
lex municipalis diſponit ſolui collecta, dicitur munus
ordinarium,de quo tamen vide Firma.in reper.in ver
128 *bo,collecta,in princ. Vigeſimo quarto,† Adducitur,*
quia prædia quę prius erant tributaria,& ſemel aſcri
pta in collectis,trāſeunt in eccleſiā cū onere ſuo,vt te-
net Card.Flo.in clem.1.in ſecunda oppo.de immu.eccl.
Arch.in c.ſi tributum.11.q.1.Dy.Iac.But.& Saly. in
d.l.placet.col.2.in prin.Cal.in d.conſ.2.de cenſ.& cōſ.
7.de cōſt.Niſi tale prædium daretur pro dote,uel fun
damento eccleſię.d.c.ſi tributum,& 23.q.8.c.tributū,
& c.ſecundum,& ibi gl.& Card.ubi ſupra.Vigeſimo-
129 *quinto,† Adducitur,quia ſi pro bonis emptis per ec-*
cleſiam a laicis non ſoluerentur tributa, & collecta,
paulatim diminueretur,& conſumeretur tributum,
debitum regi,quod eſſe non debet, ne tributorum præ-
ſtatio confundatur,vt dicit Spec.in tit.de loca §. nunc
aliqua,verſ.71.& ne fiſcus ſuis tributis defraudetur,
vt ſupra in prin.dixi,& facit quod in ſimili dicit Io.
130 *Fab.Inſt.de excuſ.tuto.in prin.Vigeſimo ſexto,† Ad-*
ducitur.c.regni, quod incipit porrecta.verſ.exceptis,
vbi probatur ꝙ omnia bona debent poni in appretio,
exceptis clericis,& bonis eccleſiaſticis; quæ in bene-
neficium tenent:ergo a contrario ſenſu,alia bona debēt
poni in appretio;quia argumentum a contrario ſenſu
validum eſt in iure.l.1.& ibi Doct.ff.de off.eius,bene
facit tex.in c.nōne ext.de præſumpt.& excluſio vnius
eſt incluſio alterius.l.cum prætor.ff.de iud.Vigeſimoſe
ptimo,† Adducitur regia pragmatica, quæ incipit
Rex Siciliæ ſpectabilis, & magnifici viri, vbi hoc in
terminis deciditur pro iſta parte. Vigeſimo octauo,
adducitur.c.regni.quod incipit. Item ſtatuimus quod
poſſeſſiones,numero 97.ſub rub.quod poſſeſſiones, &
131 *res aliæ non obligatæ.&c.Vigeſimonono,† Adduci-*
tur deciſio in terminis huius quæſtionis,et hanc opin.
in terminis tenuit Matth.de Affl.in conſt.regni,hac
edictali.la 2.col.1.cū ſeq verſ.ex hoc infero,in.3. ubi
in proprijs terminis tenet, quod ſi clericus ēt in ſacris
emat res ſtabiles quæ ſunt ſcriptæ in cataſto pro colle-
ctis,tenetur pro illis bonis ſoluere collectas regias,per
rōnes ibi allegatas,eandem opin. tenuit etiam idem
Mat.de Affl.in conſt.Regni ſtatuimus,la 2.in 7.nota.
col.6.in 4.q.et in terminis etiam hoc tenuit.d.Petrus
Piccolus in forma appretij.verſ.clerici, vbi dicit ꝙ cle
rici de bonis patrimonialib.non debent ſoluere appre-
tiū,ſed de bonis emptis ſic,allegat d.c.regni Item ſta-
tuimus,eandem opin.tenuit Luc.de Pen.in l.hi,qui eo
lum.2.C.de prædijs et omnibus reb.naui.lib.11. qui di
cit,ꝙ licet cōtraria opi.nimium placeat cupidis cano-
niſtis,ipſe tamē tenet contrariū,contra clericos,et ſub-
dit ꝙ forte magis expediret clericis non ſic faciliter
eorum priuilegia in eorū perniciē dilatari arg.l. ſi mu
lier.ff.velleia.et ſic prædicti Doc.in terminis decidunt
qōnem noſtram.Trigeſimo et vltimo, pro iſta parte,
132 *† Adducitur,quia Regia Camera Summariæ pluries*
ſecundum iſtam partem ſtatuit,et decreuit, faciendo
legem vniuerſalē in regno,et pluries vidi emanaſſe li-
teras a dicta regia Camera, ut clerici pro bonis em-
ptis cogerentur ad ſoluendum collectas,et gabellas,et
mouetur regia Camera per Bullā Papæ Honorij, quæ
eſt poſita inter regias pragmaticas, et incipit Hono-
rius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuā
rei memoriam.&c.et facit ibi dum dicit itē ꝙ res quæ
nō ſunt in aliquo Curię,vel alijs obligatæ,dari,donari,

poſſint

*poſſint eccleſiis,& legari, ſed ſi ea obligatione tenen-
tur propter quam datio,& legatio,vel donatio, de iu-
re impediri non poſſit,hoc caſu res,& poſſeſſiones hu-
iuſmodi prædictis titulis cum onere ſuo ad eccleſiam
transferant,& iſta ſunt formalia verba bullę Honorij,
& concordat cum d.c.Item ſtatuimus.Ex quib.infer-
tur,ꝙ bona quæ fuerunt laicorum deſcripta in cataſto,
extimo,ſeu appretio ſunt Curiæ obligata pro tributo,
& fiſcalibus functionibus ſoluendis:ergo clerici pro il-
lis ſoluere tenentur,quia res tranſit ad eos cum onere
133 ſuo.Et tenendo iſtam partem, † Non obſtat ſi dicere-
tur, quod leges Imperatorum non ligant clericos,vel
eccleſias,quia ex quo hoc fuit ſtatutum cum auctori-
tate Papæ Honorij,& cum eius bulla,ideo ligant cleri
cos,& contrarium non obſtat.Et magis ſpecialiter re-
ſpondendo.Non obſtat tex.in Auten.Item nulla cōmu
nitas.C.de epi.& cler.quia ibi loquitur de munere ex-
traordinario,non autem de ordinario,vt dicit Saly. in
d.l.placet,col.2.in tertia oppoſ.C.de ſacro ſan. eccleſ.
quia a munere ordinario reali non excuſatur eccleſia,
ſecundum communem opi.de qua ſupra dictum eſt,&
Iaſ.in d.l.placet,in 2.lectu.col.pen.de ſacroſan. eccleſ.
cum concordan.allegatis ſupra verſ. vigeſimo tertio.
Alio etiam modo ad illam auten.reſpondet Matth.
de Affl.in d.conſt.hac edictali, quia debet intelligi
illa auten.niſi bona per prius eſſent affecta illo onere,
per pactum,vel quaſi,vt per extimum, vt ibi per eū.
Nec obſtat tex.in auten.caſſa,C.de ſacro ſan.eccle.ubi
probatur quod ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticā
ſunt caſſa,& c.quia reſpondent Doct.Peruſini,& Cal.
d.conſ.2.de cenſi.& conſ.7.de conſtitut. ꝙ ex quo tale
onus tributi erat impoſitum ei antequam veniret ad
eccleſiam,non dicitur contra libertatem eccleſiaſticā,
quia res tranſit ad eccleſiam cum onere ſuo, ſed tunc
demum diceretur contra libertatem eccleſiaſticā,quan
do imponeretur aliquod onus rei eccleſiæ,quæ non eſ-
ſet affecta onere tributorum,anteq̄ ad eccleſiā veniret.
Et ita etiam loquitur tex.in 1.de immun. eccleſ. in 6.
ſecus quādo onus tributi eſſet impoſitum anteq̄ ueniat
ad eccleſiam,quia illud eſt ſecundum diſpoſitionem iu
ris canonici.d.c.tributum,ita reſpondēt prædicti Doct.
vbi ſup & Fely.in d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ,col. 1.in
prin.extra de conſt.Et dicit Aug.in d.conſil.206.col.
pen ꝙ non obſtat ꝙ tale onus non imponitur pijs locis,
nec perſonis eccleſiaſticis, quia dicit ipſe iſtud conce-
do de plano,ſed illa onera quæ ſunt impoſita laicis trā-
ſeunt in perſonam eccleſiaſticam, & ad illa tenentur
eccleſiæ,quia res tranſit cum onere ſuo.Et ex prędictis
134 etiam infertur, † ꝙ non incurritur aliquo modo excō-
municatio,nec aliud de contentis in clem. 1. de immu.
eccl.quia vt dictum eſt non imponitur clericis,nec ec-
cleſiis,ſed tranſit cum onere ſuo, & quod fit lege per-
mittente non meretur pœnam.l.gracchus,C. de adult.
cum ſi.Nec obſtat illud quod dicit Bar. in l.reſcripto,
§ fin.ff.de mune.& ho.& Bal.in l.1.§.nemo,ff.quod cu-
iuſq; vni.no vbi dicunt, ꝙ quando imponitur collecta
perſonæ pro rebus,prout eſt hodie,tunc non tranſit res
cum onere ſuo in clericos,vel perſonas eccleſiaſticas,
ſecus in perſonas ſubditas,vt l.quæro,ff.de vſufr. leg.
& Bar.in l.neque ſtipendium,ff.de impenſ. in reb.do-
ta.fa.& l. Lucius,§.idem reſpondit,ff.ad mun.quia re-
ſpondet Matth.de Affl.in d.conſt.hac edictali, ꝙ ex
quo illa bona ſunt tacite obligata pro collectis ſecūdū
Bal.in d.l.1.§.nemo per l.murileguli,C.de murileg.li-
bro 10 & Bal.in tit.de pace conſtan.in verbo nos Ro-
manorum,& Pau.de Caſ.in l.apud Iulianum,§.hęres,
ff.de leg. 1.& ſupradictū eſt,ergo talis obligatio,& res
taliter obligata,tranſit in ſubditos,& non ſubditos,vt
ibi per eum,quia ex quo ante acquiſitionem erat affe
cta illa tacita obligatione pro ſoluendis tributis,&
collectis, tranſire debet in clericos cum onere, ff.de
contrah.emp.l.alienatio.& ibi Bal.ff.d acq.rer.do.l.tra
ditio,C.ſine cenſu,vel reli.l.omnes, vbi etiam ſi eſſet
factum pactum inter emptorem, & venditorem, vt
poſſidens prædia tributaria non teneretur, ſed vendi-
tor,non obſtante tali pacto emptor poſſidens tenetur,
vt ibi,& ſupra dictū eſt.Nec obſtat ꝙ prædia Italicæ
non ſunt tributaria ſeu ſub tributo vt l.1.iuncta gl.&
l.fin.ff.de cenſi l.de his,& ibi gl.C.de epiſ.& cler glo.
135 in d.l.omnes,C.ſine cenſ.vel.reli.quia,† Italia non eſt
prouintia,ſed prouintiarum domina, vt ibi per gloſſ.
quia reſpondeo, quod licet iſtud ſit de iure, tamen de
conſuetudine vniuerſali in tota Italia imponuntur col
lectę,vt dicit Bar.in l.1.in antepenul.col. C. de mulie.
& in quo loco.& refert Ale.conſil.68.Incipiente, &
viſo.col.4.verſ.his conſonant,uol.2.¶ Pro parte vero
136 contraria, † quod clerici & eccleſiæ non tenētur pro
bonis emptis ſoluere collectas,ſeu gabellas adducitur
eccleſia, & clerici non ſunt ſubditi laicis ut not.Bar.
in l.vna,C.de mulie.& in quo loco.lib.10.ſed collecta
non imponitur niſi ſubiectis,hoc eſt ciuibus & incolis,
ff.de mune.& ho.l.reſcripto § fin & ibi gl.& not.C.de
anno.trib.lib.10.ſuper rub.& collecta eſt munus quod
imponitur perſonis pro patrimonio,& non debet impo
ni,niſi ſubditis.ſed clerici non ſunt ſubditi laicis,ergo
137 eis imponi non poteſt.Secundo adducitur,† Quia re-
gulariter clerici,& eccleſiæ ſunt immunes ab omnib.
collectis laicorum,& impoſitionibus,immo imponen-
tes tales collectas clericis,ſi moniti non deſiſtant,cum
ſuis fautoribus excommunicantur.c.non minus de im
mun.eccl & ibi Abb.in 3 not.c. quamquam de cenſi.
in 6.c.1.de immun.eccl.in 6.Alc.conſ.68.incipiente
viſo dudum & diſcuſſo,col. 1. vol.2. Immo laici tales
collectas imponentes,& aſcriptores,& præbentes con
ſilium,auxilium,& fauorem,ipſo facto incidunt in ca
nonem,& excommunicationem,clem.1. de immu. ec-
cleſ.& Ciuitas incurrit pœnam interdicti,c.clericis de
immun.eccl.in 6.& in duplum tenentur reſtituere qđ
acceperunt a clericis,ut not.Arch.in cap.vno de biga.
in 6.& Nic.de Neap.in c.Regni.Item ſtatuimus quod
clerici,ſub rub.quod cleric. clericaliter viuentes. &c.
138 Tertio,Adducitur.† Quia collectę dicuntur munus ex
traordinarium,ex quo non imponuntur a lege,ſenatus
conſulto,vel conſtitutione principis, l.1 C de vapu.
mu.libro 10. & ibi gl.& l.in oneribus,§.qui muneta.
ff.de vac.mu.ſed clerici ad extraordinaria nō tenētur,*

vt

*vt per Iaſ. & alios in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ.
ergo clerici ad eas non tenentur. Quarto Adducitur,*
139 *† tex.in anten.Item nulla communitas . C.de epiſ.&
cler.& gloß.in l.de his, C.eod.titulo, vbi probatur, ꝙ
hodie clerici ad nulla munera tenentur , licet de iure
cõi clerici ad munera ordinaria tenerentur, dicta l. de*
140 *de his. Quinto, † Adducitur quia nemo poteſt vrgeri
ad ſolutionem debiti alieni. C. ne vxor pro mari. l.fin.
& per totũ titulum C.ne fil.pro patre,ſed ſi clerici te-
nerentur ſoluere collectas, cogerentur ad ſolutionem
debiti vniuerſitatis,ergo ad collectas & gabellas co-*
141 *gi non debent. Sexto , † Adducitur, quia habenti ho
norem,collecta imponi non poteſt,l.honorẽ, & ibi no.
ff.de mune.& hono.ſed ſacerdotium eſt maius ſecular
honore.c ſolitę,ext.de maio. & obed. ergo ſacerdotib.*
142 *collecta imponi non põt.Septimo,† Adducitur illud ꝙ
conſuluit Pet. de Anch. conſ.126. Incipiente ſuper
primo, vbi per multas rationes concludit , ꝙ ſi laicus
dimittit omnia bona ſua pro alendis pauperib. & ad-
miniſtrationem bonorum relinquat alicui cõitati ſecu
lari cum adiectione, ꝙ epiſcopus vel alia perſona eccle
ſiaſtica ſe non intromittat in dictis bonis, etiã ſi non
interuenerit auctoritas epiſcopi, nihilominus gaudent
priuilegio, & non poßunt collectari vt ibi latius p eũ.*
143 *Octauo † Adducitur illud , quod ſupra in præcedenti
quęſtione eſt adductum, & concluſum ꝙ clerici pro bo*
144 *nis patrimonialibus gaudent priuilegio. Nono † Ad-
ducitur, quia in caſu iſto non poteſt dici ꝙ ſit onus rei
annexum , & ſic res tributaria, quia de iure prædia
Italica non ſunt tributaria, l.1.& l.fi.& vtrobiq; not:
ff.de cenſi.& Ale.in d.conſil.68.colum.2.in prin.inci-
piente, & viſo. 2.vol.cum concor.ſupra allegatis.*
145 *Decimo,† Adducitur , quia quando imponitur colle-
cta perſonæ pro reb.prout eſt hodie , tunc non tranſit
res cũ onere ſuo in clericos, vt dicit Bar.in d.l.reſcripto*
146 *§.fi.cum concor.ſupra. Vndecimo, † Adducitur , quia
regulariter collecta quæ imponitur perſonis pro rebus
non poteſt imponi eccleſiis , quia eccleſia tenetur ad
onera mere realia tantũ, l.placet, & ibi not. Pet.& Cy.
& Saly.in vltima col.C.de ſacro ſanctis eccleſ. Inno.
in c.non minus, extra de immu. eccleſ. Fulgoſ. in l.ad
inſtructionem.C.de ſacroſan.eccleſ. qui dicit ꝙ ita vi-
dentur Doct.communiter intelligere, & Ale in d.conſ.
68.col.5.in prin.verſ.præterea etiam, 2.vol. & Iaſ.in*
147 *d.l.placet. Duodecimo, Adducitur , † illud quod vo-
luit Saly.in d.l.placet, col.fi.verſ.ex quo videtur, vbi
dicit, ꝙ hodie eccleſia non tenetur ad dacia, vel gabel-
las, niſi quatenus impoſita eſſent pro refectione via-*
148 *rum vel murorum . Tertiodecimo, † Adducitur il-
lud, quod habetur Matthęi,c.17 dũ interrogauit Chri
ſtus Reges terræ a quibus ſuſcipiunt tributum, vel cen
ſum a filijs ſuis, vel ab alienis. & reſponſum accepit ,
ꝙ ab alienis, dixit Ieſus ergo liberi ſunt filij regis, ſub
quo ſunt omnia regna , ex quo colligitur ꝙ ſacerdotes
non ſunt obnoxij in aliquo poteſtati ſeculari . Quar-*
149 *todecimo.† Adducitur . quia mutata perſona mutatur
rei ſtatus vt.C.de impo. Lucra. Deſ.l.1.lib.10.a cõtra-
rio ſenſu, ſed res deuenit a laico nõ priuilegiato ad cle-
ricum priuilegiatum , ergo res etiam dicitur effecta
priuilgiata, & dicitur exempta ab omni exactione, vt
per Pet.de Anch. conſ.129. incipiente ſuper primo*
150 *col.2.† Quintodecimo, Adducitur in ſimili quod di-
citur in fiſco, quia ſi fiſcus ſuccedit priuato pro tempo-
re præterito , cenſetur iure priuati & tenetur ſoluere
collectas præteritas, ſed pro futuro tempore poſtquã
ad fiſcum peruenit vtitur priuilegio, & non tenetur.l.
fiſcus, ff.de iure fiſci, & Pet.de Anchar.in d.conſ.129.
ſuper primo, col.1.ſic etiam eſt dicendum in eccleſia ,
& clericis, quia a pari procedunt.l.fi.C. de ſacro ſanct.
eccle.vt ad collectas pro tẽpore præterito, quando erat
in poße.laici teneatur, pro futuro non teneatur. Sexto*
151 *decimo.† Adducitur tex.in c. vnico, §.fin. de iure pa-
tro.in 6.vbi ſi laicus confert ius patronatus alicui ec-
cleſiæ, licet laicus habeat quadrimeſtre tempus ad p̃-
ſentandum, tamen eccleſia habebit ſemeſtre , quia non
cenſetur iure laici, ſed iure eccleſiaſticæ perſonæ, vt ibi
in tex.ſic in caſu noſtro , licet clericus ſeu eccleſia ha-
buiſſet rem a laico, tamen poſtquam peruenit ad cleri-
cum, non cenſetur iure laici, ſed eſt immunis ipſe cle-
ricus, ſeu eccleſia, & gaudebit priuilegio eccleſiæ. Deci
mo ſeptimo pro iſta parte benefaciunt dicta per Imo.
in c.ſi.de vi.& bon.cler.vbi late diſputat.& multa pro*
152 *iſta parte adducit. Decimo octauo.† Adducitur, Quia
in caſibus in quibus clerici & eccleſiæ contribuunt unà
cũ laicis in collectis, ad hoc vt teneantur debent plura
concurrere. primo conſenſus epiſcopi , & cler. ſecundo
ꝙ ſoluatur imminente maxima neceſſitate, vel vtilita-
te ciuitatis, tertio tenentur in ſubſidium, quãdo laico-
rum facultates non ſuppetunt , quarto ꝙ fiat Romano
Pontifice, prius conſulto, vt plenius per Abb.in c.non
minus, col.1.in not.extra de immun.eccl.cum iurib.ibi*
153 *allegatis Decimonono,† Adducitur , Quia tunc iſta
pars vt eccleſia non teneatur, ſit pro religione, & ec-
cleſiaſtica libertate, tenenda eſt, cum non parua ſit ra
tio quæ p religione facit, vt l ſunt perſonæ, ff.de relig.*
154 *ſump fun. Vigeſimo, adducitur,† Quia pro iſta par-
te , quod Clerici non teneantur etiam pro bonis qui-
buſcunque, fuit deciſum in ſeſſionibus Concilij Latera-
nens. & prohibetur ſub cenſuris , ne tali caſu collectę
exigantur, ut ibi latius apparet in nona ſeſſione cõſilij
Lateranenſis, in noua Bulla Leonis incipit, Et cum om
nis ætas verſ.& cura iure, ſub rubrica reformationes
Curiæ, & aliorum, & fuit poſt Bullam Papæ Honorij,
& ſic illa determinatio Lateranenſis Concilij tamquã
poſterior derogat Bullæ Papæ Honorij, arg.§ igitur et
quæ ibi habentur per gl.& Doct. in proœ. Inſt. & per
ea quæ habentur in l.pacta nouiſſima, C.de pact. & in
l.ſed & poſteriores, vbi per Doct.ff. de leg. ſed ad hoc
poſſet reſponderi, quod non procedit in Regno , ex quo
per Bullam Papæ Honorij ſpecialiter fuit conceſſum ,
vt Clerici teneantur, ſtatutum in Concilio Lateranẽſi
non nocet etiam ſi eſſet generaliter ſtatutũ , quia illud
priuilegium Honorij ſpecialiter conceſſum in regno ,
non tollitur per legem generalem poſtea factam , per
ea quæ dicit Dec.in l.in toto iure, ff.de reg. iur. Item
nõ obſtat ex alio, qa non loquitur de bonis emptis accẽ-
ſatis.*

ſatis,& ſic intelligitur de bonis de quibus clerici non
155 *tenentur ad collectas.Vigeſimo primo,† Adducitur*
auctoritas tenentium iſtam partem, quam tenuit
Spec.in tit.de cler.coniug.col.2. & 3. verſi. ad huius
autem,& ibi Bal.in addit.& Arch.Ioan.Andr.Gem,
Imo.& Phil.Fran.in priu.col.2. de immun. eccl. in 6.
Bal.conſ.180.Incipiente ſi aliqua poſſeſſio,Bal,& Sal,
in l.placet,C.de ſacroſan.eccleſ.Abb.in c. fi.in vltima
col.de vita & hon.cler.cum concordan. infra allegan-
dis.Et tenendo iſtam partem,ꝙ clerici , & eccleſia nõ
teneantur ad collectas pro bonis emptis. Ad cõtraria
reſponderi poteſt,quod omnia in contrarium allegata
loquuntur in prędijs tributarijs,& onerib.mere reali-
bus,vt dicit Bar.in d.conſil.180.in fine,& Bald.in d.
l.placet,Imo.Gem.& Philip.Franc.in d.c,1. in princ,
col.2,de immun.eccl.in 6.ſed collectę quæ imponuntur
perſonis reſpectu bonorum non dicuntur onera realia,
ſed perſonalia, habita tamen conſideratione ad bona.
vt dicit Gem.in d.c.1.col,1.in nota.& ſic dicuntur one
ra mixta & non mere realia, Addi.Nec obſtat quod
habetur Matthæi,c.17 cum alijs concor.ſup.allega-
tis,quia illud non fuit ex debito,ſed ad euitandũ ſcan
dalũ,vt ex ibi dictis colligitur.Nec obſtat ꝙ res trãſit
cum onere ſuo,quia vt dicit Bar.in d.conſ.180.tale o-
nus ſoluendarum collectarum non inhæret rei,ratione
ipſius rei,ſed ratione perſonæ,l.reſcripto,§.fi ff.de mu
ne.& hon.ergo quando res non eſt talis perſonæ , quæ
teneatur a collectam,minime ipſa res tenebitur , nec
obligabitur,l.1.C.ſine cenſ. vel reli. quia quando ali-
quid ſtatuitur ratione perſonę,ſeparata perſona ceſſat
156 *ſtatutũ,l.1 §.permittitur,ff.de aqua quo.& æſti.Nec*
obſtat regia pragmatica,quia Rex non habet poteſta-
tẽ condẽdi leges contra eccleſiaſticam libertatem, niſi
fuerit approbata a Papa,vt dicunt Doct.in c.fi.extra
de ſolu.Abb.in c.Eccleſia Sanctę Mariæ, col.4.& ibi
per Moder.de Conſt,dixi ſup in gl.præcedenti,in ver.
157 *pragmatica †Nec obſtat Bulla Honorij Papæ, & ca.*
regni,Itẽ ſtatuimus,ꝙ poſſeſſiones,vbi eſt ſimilis lite-
ra de uerbo ad verbum,& vltra reſponſionẽ ſupra poſi
tam reſpondeo,ꝙ illa iura loquũtur quãdo poſſeſſiones
tenentur curia onere mere reali , puta, quia tenentur
ad tributum , vel aliud ſimile onus reale,vt plene hoc
declarant Nic.de Neap.& Sebaſt.de Neap.in d. cap.
regni.Item ſtatuimus,& ille eſt verus intellectus di-
ctæ Bullæ,& d.c.Itẽ ſtatuimus,aliàs ſequeretur,ꝙ nul
158 *la bona Burgenſatica poſſent donari eccleſijs.†Sed col*
lecta non eſt onus reale,ſed mixtum,d.l.reſcripto,in fi.
& ſupra dictum eſt,ex quo ipſa bona,ſeu prædia non
ſunt obligata ad collectas,ſed ipſi homines tenentur ꝓ
prædijs.i.ſecundum quantitatem poſſeſſionum,& rerũ
& ſic collecta quantum ad conſiderationem quantita-
tis bonorum eſt munus reale,quantum ad obligationẽ
eſt perſonale,quia perſonis imponitur,& perſonæ sũt
obligatæ pro rebus,& propterea dicitur mixtum,vt la
tius per Nic.de Neap.& Sebaſt.& in d.c.regni, Itẽ
ſtatuimus,vbi latius hoc examinant , & alia exẽpla
ponunt,& ſic tale onus perſonalę non tranſit ad eccle
ſiã,vt dictũ eſt,& probatur ex dictis per Bal. in l. via
vbi conſtitui.ff.de ſer.ruſt.præd.vbi dicit, ꝙ onus rõne
ſoli tranſit ad eccleſiã,ſecus ſi eſt ratione perſonæ.Nec
159 *† obſtat aliud,c.regni,porrecta,quia vltra ſupra di-*
ctas reſponſiones,dicitur,ꝙ argumentũ a contrario ſen
ſu non procedit , quando reſultaret intellectus contra
aliàs leges,uel quando reſultaret legum correctio , vt
late per Ale.in l,1 col.11.in 1.limit. ff.de off. eius.
Et ex prædictis ẽt reſpondetur ad illud quod facit re-
gia Camera Summariæ , expediendo prouiſiones,vt
clerici pro rebus emptis contribuant in collectis, quia
intelligitur,& intelligi debet,quando eſſet onus mere
reale,vel pro aliquo caſu.pro quo clerici tenentur cõ-
tribuere,aliàs eſſet contra prædicta,& non deberet in-
ſpici quod factum eſſet,ſed quod fieri deberet , l.ſed li-
160 *cet,ff.de off.præſid.cum ſim. † Quid igitur dicendum*
in hoc tam ambiguo articulo, in quo ab vtraque par-
te ſunt validiſſimæ rationes,& Doc.auctoritates,certe
dici poſſet ꝙ articulus iſte egeret declaratione Summi
Pontificis,vt dicit Cald.in d.conſil.2.in fi. de cenſ. &
in d.conſ.7.de conſt.& dicit Saly.in ſum in ver.immu
nitas,col.12. circa med.quod licet iſta vltima opin.ſit
tutior, tamen alia opin.non eſt contemnanda.Tu au-
tem in hoc articulo pro veritate , & clariori doctrina
facias infraſcriptas concluſiones , cum limitationibus
161 *in eis poſitis , Prima † concluſio,clerici,& eccleſia*
pro bonis temporalib,quæ tenent titulo emptionis,uel
alterius conceſſionis,de quib.antequam adclericos,vel
eccleſiam perueniſſent ſoluebatur tributum,vel cenſus
& ſic illa res erat tributaria,vel cenſualis,& habebat
certum,& determinatum tributum ordinarium , hoc
caſu clerici,& eccleſia tenentur ſoluere tributum, uel
cenſum conſuetũ,pro illis bonis,ſicut ſoluebatur quan
do erat in poſſe laicorum,quia res tranſit ad clericos,
vel eccleſiam cum onere ſuo,probatur iſta cõcluſio. in
c.ſi tributum,11.q.1.& 16.q.1.c.ſi quis cum concor-
dãtijs ſupra pro prima parte allegatis,iuxta illud red
dite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,&c,& de talibus agris ,
& poſſeſſionib. tributarijs loquitur 23.q.8.c.tributũ ,
cum ſuperius allegatis,iſtam concluſionem tenuit Car.
& d.præp.in d.c.ſi tributum,11.q.1.& Lu,de Penna,
in l ſi diuina,C.de exactio.tribut.lib.10 & Cyn.in Au
ten.Item nulla,C.de epiſ.& cler.ratio,quia eccleſia te-
netur ad onera ordinaria mere realia,quæ imponuntur
ipſis prædijs,& iſtã opin.tenet Bart.& Sal.in l.placet
col.1 C.de ſacro ſan.eccl.Arch.in c.placet, 19. q. 1.
& iſtam concluſionem ſequuntur omnes legiſtæ, & ca
non.P.d l.placet canonizata ĩ d.c.placet,ita dicit Iaſ.
in d l.placet,in 2.lect.col.pen.cum concord.ibi , & ita
procedunt omnia ſupra pro iſta parte allegata.Et Gui.
162 *Papa in quæſt.Delph.q.79.† Et munus mere reale di*
citur proprie tributum,ſeu cenſus , & annua ꝑſtatio .
Et dicitur tributum,quando proprie,& ordinarie,tri-
buitur Principi omni anno,vt declarat Iaſ.in d.l.pla-
cet,col.2.in 2.lectu.Et dicit Abb.in c non minus, co-
lumna 3.de immun.eccleſ quod munera ordinaria di-
cuntur,q̃ habent certam,& determinatam præſtatio-
163 *nẽ.Intellige † ſupra dictã concluſionẽ ꝓcedere,quãdo*
res quæ tranſit in clericum,uel eccleſiam, habet onus

per-

perpetuum annexum, & inuariabile, & ſic ꝙ tributum
ſeu cenſus varietur, ſed ſemper vniforme, & perpetuũ
tunc enim res tranſit ad eccleſiam cum onere ſuo, & te
neretur ſoluere tributum, ſeu illã annuã præſtationem
perpetuo annexã, ita dicit Abb. in c. fi. col. fi. de vita &
hon. cler. & in d. c. non minus, col. 3. de immun. eccl. &
Iaſ. in d. l. placet, col. 2. in 2. lect. C. de ſacro ſan. eccl. &
tangit Phil. Fran. in c. 1. col. fi. de immun. eccl. in 6. &
164 in iſta ſeq. concluſione. † Limita 2. dictam concluſio-
nem non procedere, in his quæ eccleſia poſſidet iure ſpi-
rituali, vel iure diuino, vt ſunt decimæ, primitiæ, &
oblationes, vt habetur numeri, c. 18. ibi ecce dedi tibi
cuſtodiam primiciarum mearum, omnia quæ ſanctifi
cantur a filijs Iſrael tibi tradidi pro officio ſacerdotali,
& filijs tuis, & ſubditur, omnis oblatio, & ſacrificiũ, &
quicquid pro peccato redditur, tuũ erit, & filiorũ tuo-
rum, nã de iſtis nõ ſoluitur tributum, nec cenſus, vt ha
betur per Ale. de Aleſ. in 3. & refert & ſequitur Car.
& d. Præp. in d. c. ſi tributum, col. 2, 11. q. 1. & tex. &
165 gl. in c. ſecundum, 23. q. 8. Limita 3. † Non procedere
in locis deputatis ad diuinum cultum, & in territorijs
& alijs locis deputatis ad officium ſpirituale, vt eſt
cimiterium, ſeu locus ſepulturæ, & domicilia eccleſia-
rum, & clericorũ, et breuis hortus iuxta eccleſiam, vn-
de numeri 18. dicitur ſacerdotibus, excubate in cuſto-
dia tabernaculi, & miniſterio altaris, omnia quæ ad
cultum altaris pertinent, per ſacerdotẽ adminiſtrabun
tur, ſiquis externus acceſſerit, occiditur. de iſtis nullo
modo eſt ſoluendum tributum, nec cenſus, ſed omnia
iſta libera ſunt a tributo, & immunia ab omni ſeruitio,
niſi eccleſiaſtico, quia ſi terra & poſſeſſiones gentiliũ
ſacerdotum libere erãt a tributo multo fortius ſacer-
dotes Chriſti in reb. prædictis liberi eſſe debẽt, vt tenẽt
Car. & d. Præp. vbi ſup. & probatur in d. c. ſecundum,
166 & ibi gl. 23. q. 8. † Limita 4. non procedere in manſo,
& agro eccleſiaſtico. Idẽ ꝙ de agro, ſeu loco, in quo eſt
fundata eccleſia, & atrium non debet ſolui tribuũ, nec
cenſus, quia debet dotẽ recipere, niſi ſit libera: proban-
tur oĩa in c. ſecundum, & ibi gl. 13 q. 8. Imò ſi eccleſia
eſſet fundata in agro tributario, & fundator eſſet ma-
læfidei, quia ſciebat agrum tributarium, adhuc non dẽt
ſolui tributum, ſed eſt compellẽdus ad extimationem,
vt dicit gl. in d. c. ſecundum, allegat tex. 14. q. 6. c. com
perimus: ad prædicta etiam vide gloſ. in c. ſi tributum,
11. q. 1. vbi dicit, quod de prædijs in quib. eſt fundata
eccleſia, vel officinæ eius, debent eſſe libera, & non dẽt
ſolui tributum, de cenſi. c. ſancitum, & ibi gl. & Doct.
Innoc. Io. And. Abb. in c. non minus, col. 4. circa prin.
de immun. eccl. Card. & d. Præp. in d. c. ſi tributum, co-
lumna 2. 11. q. 1. & ad prædicta vide etiam, Asteſ. in
ſumm. libro 6. titulo 30. c. 4 col. fin. & tenet Ber. Firm.
in tract. de gab. in ſeptima parte princ. col. 6. in princ.
167 verſ. & ſic. † Quinto & vltimo limita, & intellige p̃-
dictã concluſionem procedere, in prędijs extra Italiã,
vbi ſunt prædia tributaria, quia illa tranſeunt cum o-
nere tributi, ſed in Italia, ex quo prædia non ſunt tri-
butaria, d. l. 1. & l. fi. & vtrobiq; not. ff. de cenſi. & ſu-
pra dictum eſt, tali caſu, ſupradicta concluſio reſpectu
tributorum, non procederet, vt tenet Alb. Bru. in trac.
de conſt. decret. & ſtat. & c. tertio vol. in ver. tributa,
col. 1. in 3. q. hoc intellige de iure, ſecus ſi eſſet conſue-
168 tudo in contrarium. † Item intellige niſi prædia Itali-
ca haberent aliquod aliud onus mere reale annexum,
puta ſi res eſſet cẽſualis, vel emphiteotica, uel deberet
aliquam certam annuã præſtationem ordinariam, quæ
tunc tranſiret in clericos, vel eccleſiam, cum onere ſuo,
vt dictum eſt non obſtante quod eſſet in Italia.
169 Secunda concluſio † eſt clerici, & eccleſiæ, pro bonis
emptis, & alijs bonis ad eos peruentis, nõ tenentur ſol-
uere collectas, nec gabellas cum laicis, iſtam opin. te-
nuit Spec. in tit. de cler. cõiug. col. 2 & 3. verſ. ad huius
autem, & ibi Bal in addit. iſtam etiã opin tenuit Arc.
Io. And. Gem. Imo. & Phil. Fran. in c. 1. in prin. col. 2.
de immu. eccl. Bar. conſil. 180. incipiente ſi aliqua poſ-
ſeſſio. Gem. in c. 1. § in cæteris, ext. de cler. coniug. in 6.
& in c. quamq̃ de cenſ. in 6 Bal. & Sal. in l. placet, col.
fi. C. de ſacro ſan. eccl. Ant. de Butr. Imo. & Abb. in c.
fina. in vlt. col. de vita, & hon. cler. Bal. in l. fina C. ſine
cenſ. vel rel. Bar. in l. reſcripto. §. ſciendum, ff. de mun.
& hono. Innoc. & Doct. in cap. non minus, de immun.
eccleſ. Io. de lig. in clem. præſenti, de immun. eccl. Luc.
de Pen. in l. obſiſtere, C. de anno & trib. lib. 10. & in ter
minis hanc opin. clariſſime tenuit Nicol. de Neap. in
c. regni, Item ſtatuimus ſub rubrica quod clerici cleri-
caliter viuentes, &c. Ratio eſt ſecundum prædictos
170 Doct. † Quia collecta non eſt perpetua, nec certa, Imò
ſecundum varietatem negociorum, & tẽporum immi-
nentium imponitur, & interdum in minori, interdũ in
maiori quãtitate, ſecundum quod neceſſitas requirit,
& ſic non eſt perpetua, ſed variabilis, quandoque plus,
quandoque minus, propterea tale onus cum non ſit ppe-
tuum, non dicitur durare, poſtquam res peruenit ad p-
ſonam priuilegiatam, d. c. 1 de iu. pa. in 6. & d. l. fiſcus,
ff. de iure fiſci. Et quod debeat eſſe certa, ſpecifica, &
determinata quantitas, aliàs nõ efficitur tributaria, te-
nuit etiam Iaſ in d. l placet, in 1. & 2 lect. in vlt. col.
171 C. de ſacroſan eccl. † Ea enim quæ variãtur, nec ſunt
vniformia, nec certa, non poſſunt dici tributa, ut p Inn.
in c. verum de foro comp. & Bal. in l neminem, C. de
ſacroſan eccl. & Alber. Brun. in d. tract. de conſtitu.
decr. ſtatut. & c. in 3. vol. in verbo, tributa in prin. cum
concor. in d. locis. Fateor tamen ꝙ ſi eſſet aliqua gabel-
la, ſeu collecta, quæ ſingulis annis in perpetuum impo
neretur, & duraret perpetuo, ſine vlla emergentiũ
negociorum neceſſitate, et imponeretur pro bonis im-
mobilibus, et eſſent ſingulæ poſſeſſiones taxatæ in cer-
ta, et ſpecifica ſumma, in perpetuum, et eſſent propter
illam ſummam ipſę poſſeſſiones ad hoc obligatæ, hoc
caſu concurrẽtibus omnibus prædictis, ſi talis poſſeſſio
perueniret ad priuilegiatum transfereretur cum talib.
oneribus annexis, prout in terminis tenet Luc. de Pen.
in d. l. ſi diuina, col. 3. verſ. nunc autem, C de exa. trib
lib. 10 et eſt de mente omnium Doct. ſup. relatorum.
Et ex prædictis ponitur regula. Quod eccleſiæ, et cle-
rici, regulariter non tenentur ſoluere collectas, nec ga-
bellas, ſeu alias pręſtationes cum laicis, nec pro bonis

patrimonialib.nec pro bonis emptis cum de eccleſia-
172 ſticis non ſit dubium,quam regulam † Limita primo
nõ procedere,quando eſſent prædia tributaria,vel cen
ſualia,vel haberent aliquod onus perpetuo annexum,
vt ſupra dictũ eſt,quia tunc ex quo res tranſiret cum
onere ſuo,eccleſia,& clerici tenerentur, vt tenent Doct.
ſupra relati,& Bar.in l.ad inſtructionẽ.C.de ſacroſan.
eccl.Addit.Et Fely.in c.verum,in fi.de foro comp.&
Guid.Papæ in quæſt.Delph.quæſt.76.incipiente an cle
ci,eſſet enim onus reale,ad quod ẽt eccleſia tenetur,ut
dicit Iaſ.in d.l.placet,col.fi.in prin.C. de ſacroſ.eccl.&
Bert.Firm.in tract.de gabellis,in 7.parte princ. col.3.
& d.Præp.in d.c.ſi tributa,col.2.11.q.1.Limita ſecun
do,niſi gabella fuiſſet impoſita pro onerib. ad quæ te-
neretur eccleſia,& clerici, quia tunc ex quo talis ga-
bella ſuccedit loco onerum,vt tenet Iac.Butr.in d.l.ad
inſtructionem,C.de ſacroſ.eccl.tali caſu eccleſia,& cle
rici tenerentur ad gabellam,vt tenet Abb.in d.c.non
minus,in fine,de immu eccl,Firm.in tract.de gab in7.
parte prin.col.4.Aſteſ.in ſum.libro ſexto,titu.3,&
173 Sylue.in ſum.in verbo,immunitas,el 1. col. fin. † Li-
mita tertio,niſi tempore quo res laici peruenit ad eccle
ſiam,vel ad clericos , eſſet factum pactum expreſſum
inter venditorem , & clericum emptorem,quod cleri-
cus ſeu eccleſia,pro tali prædio teneretur ad collectas,
& gabellas,quia tunc interueniente tali pacto expreſ
ſo bene teneretur ab gabellas,ſeu collectas, ſecundum
Inno.in c.verum de foro comp.& Bal. in l. neminem,
C.de ſacroſ.eccl.Iaſ.in l.placet, in prima, & ſecunda
lectu in fine,C.de ſacroſan.eccleſ.Firman. in tracta. de
gab.in ſeptima par.princ. col.6. licet referat quoſdam
tenere contrarium,tamen dicta limitatio cõiter tene-
tur,quam etiam tenuit Io.And.in c non minus, col.2.
verſ ſed nec tunc,de immun.eccl.& Aſteſ.in ſum.li-
bro 6.tit.30.de immunite,& aliorum pertinentium ad
eccleſiam,cap.4.col.3.& Bal.in auten.ſed periculum,
C.ſine cenſ.vel relig.Nic.de Matt.& Bald in l.fina.
174 in fine , eo. tit. † Limita quarto dictam regulam non
procedere,quando teſtator legaſſet fundum eccleſiæ,ſeu
clerico,& ſi diſpoſuit , quod pro dicto fundo eccleſia
teneatur ſoluere collectas,quia tunc eccleſia teneretur
ſoluere : vt tenet Petr. de Anchar. conſilio 217. in-
cipiente dubium facit in prædicta quæſtione,& ſequi-
tur Fel.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ,col 32.ver.1.ꝙ te-
ſtator, extra de conſt. quia licitũ eſt cuicunq; priuato
donanti res ſuas eccleſiæ,addicere conditiones,& one-
ra,quæ vult,& eccleſia tenetur illa ſeruare.ca.verum
cum materia,& ibi Doct de condit. appo. & in tantũ
prædicta ſunt vera,ꝙ ſi bona transferantur in eccleſiã
ſub prædicta conditione , & eccleſia non foueat onera
impoſita,licitum eſt laico,propria auctoritate ea cape
re,vt tenet Hoſt.in c.cum dilectus de dona.Hoſt,& Io.
And.in c.verum de foro comp.Pet.de Anc.in d.con-
ſil.217.& Felyn.in d. eccleſia Sanctæ Maria, col,32.
Limita quinto, niſi communitas haberet aliqua loca
paſturæ,puta defenſa in qua nemo poſſet ponere aĩalia
ad paſcendũ,niſi ſoluta certa mercede , quia tali caſu,
eccleſia,& clerici non poſſent immittere eorum aĩalia
ad paſcendum niſi ſoluta mercede, ſicut mere laici,ita
conſuluit Abb conſ.6.Incipiẽte caſus ſuper quo q̃ritur
fuerunt allegationes,1.vol,refert & ſequitur Iaſ.in d.
l.placet,in 1.& 2.lec.in fi.C.de ſacroſ.eccl.& dixi ſup.
175 in hac eadem glo.† An autẽ Barones poſſint ſtatuere ,
vt animalia clericorum arceantur a ſuis paſcuis priua
torum,vide Matt.de Affl.in prælu.conſt.in 6.q.in fi.et
176 in cõſt.cum per partes Apuliæ,col.5.nu 9.† Limita 6.
non procedere,ſi clericus non uiueret clericaliter,quia
tunc nõ competit ei hoc beneficium, ſeu priuilegiũ.l.ſi
qua per calumniã,& l.generaliter.C.de epiſ.& cler.C.
de hær.l.1.& in c.regni ſtatuimus ſub rub. qđ clerica-
liter viuentes,& in d.Bulla Papæ Honorij,& probatur
iſta cler.& tenet Nic.Neap in d.c. Itẽ ſtatuimus,&
ibi Seb.de Neap.qđ maxime procedit in clericis in mi
noribus vt in iſto tex.huius clem. Et vide Guid. Papæ
in quæſt.Delph.in q.43.Incipiẽte de quarta ubi dicit ,
ꝙ clerici in minorib.primæ tonſuræ exiſtẽtes in ſcholis
grãmaticalib.dicuntur viuere clericaliter ut ſint exem
177 pti a contributionib.† Ad prædicta faciunt q̃ dicit Bal.
in l.1.in 1.nota.per illũ tex.C.de his quib.vt indig.ubi
dicit,ꝙ clerici qui non ſeruiunt in diuinis,nõ debẽt fru
ctus beneficiorũ lucrari.Imò tamq̃ indigni, tenẽtur ad
reſtitutionem oĩum fructuũ,facit tex.in c.fi.in prin.&
ibi hoc not Gem.de reſcr.in 6 & tex.in rõne ſui,in c.1.
& ibi ponderat Io.de Cler.mi.bonus tex.in c.ſi canoni-
ci,§.ſcitũ,& ibi Gem.in pri.de off.or.in 6.Pet.de Anc.
conſ.228.incipiente primo inquirendũ eſt Iaſ. in l.ſcri
niarios.C.de teſt.mil.Sed cõtra hoc vltimũ tenet Abb.
in c.c.1.in vlt.col.poſt.Car.ibi in 9.qõne de celeb. miſ.
de quo vide Cal.in c.cũ tu,in ver.circa diuinum officiũ
extra de vſu.Gem.40.diſt.in gl.ſummæ,& Phil.Fran.
in c.cõmiſſa,§ porro,de elect.in 6.vbi dicit, Qđ ſi ali-
quis conſequitur beneficium,non intendens promoueri
ad ſacros ordines,non facit fructus ſuos, & non poteſt
ſalua conſcientia tenere beneficium,& tenetur tam in
foro conſcientiæ,quam in foro iudiciali ad reſtitutionẽ
fructuũ,ſi de hoc cõſtare poterit.Addi.Similiter Simo
niacus,vel qui ſine titulo,vel qui habet titulũ,qui pro
non titulo ſit habendus,tenetur reſtituere fructus,Hoſ.
178 In ſum.de ſimo.§.qualiter,col.6.verſ.ſed nunqd.† Qui
autẽ dicatur clericaliter uiuere ponit Nic.de Neap.in
d.c itẽ ſtatuimus,vbi dicit , quod dicitur clericaliter
viuere qui oĩb. alijs relictis Dei oĩpotentis inhæret mi-
niſterijs,de quo infra dicetur,in fine huius gl. Limita 7.
179 † Niſi in fraudẽ collectarum eſſet tranſlata poſſeſſio in
clericũ,qa tunc teneretur ad collectas l.ſacroſancta,&
l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſ.eccl,& C.de epi.& cler,
l de his clericis,& tenet in terminis Bar.in d.cõſ.180.
& Spe.in tit.de cler.cõiu.in ult.col.verſ.ſed quid ſi fra
tres,ubi tenet,Qđ ſi frater uel nepos donat clerico par
tẽ ſuã,vel bona ſua,ſi talit donatio eſt facta in fraudẽ
collectarũ,non gaudet priuilegio, & ſequitur ibi Bal.
in addit,& ibi Spe.ponit:Qño probetur fraus.Et dicit
Luc.de Pen.in l.fi.in fi.C.de anno.& trib lib.10.Quod
ſi quis alienaret fraudolenter bona ſua in clericũ , uel
alium,ut propterea poſſit collectas,vel alia ciuilia mu
nera euitare,perdit bona,quæ alienauit , & ſunt fiſco

applicanda, & tantūdē is qui hmōi rei miniſter fuerit
ſoluere dēt ex ſuis bonis, per iura ibi, per eū allegata.
180 † Limita 8. niſi clericus haberet bona cōia cū fratre,
vel alio, pro indiuiſo, quia pro parte fratris tenetur ſol
uere collectas, vt tenet Spe. in d. tit. de cler. coniu. col.
pen. verſ. quid ſi Clericus, Lu. de Pen. in d. l. fi. in fi. C. de
anno. & trib. lib. 10 Fely. in c. 1. col. 5. extra de præſcr.
& Decius in l. ſi emancipati, col. 4. in prin. C. de collat.
& Decius in auten. caſſa col. 2. C. de ſacroſan. eccl. vbi
tenet, ꝙ fratres Clerici tenentur ad onera Ciuitatis, li-
cet Clericus pro parte ſua non teneatur, quando mate-
ria eſſet diuidua, ſecus ſi eſſet indiuidua, l. cōem, & ibi
Ang. ff. quemad. ſer. amit. & Lud. Ro conſ. 195. In caſu
præmiſſo. in fi. cum conc. allegatis per Deciū ubi ſup.
181 † Limita 9. non procedere in Clerico coniugato, quia
talis clericus tenetur ad gabellas, vt tenet Abb. anti-
quus in c. ex parte de cler. coniug. Bal. in Margarita, in
verbo, Clericus, verſ. fi. Fir. in tra. de gabel. in 7. parte
prin. col 5. verſ. item uerum. Add. Et Guid. Pap. in qō.
Delph. q. 83. verſus fi. & eſt regia prag. quæ incipit Fer
dinādus magnifico viro Barſiæ, ꝑ hoc facit tex. in c. 1.
de Cler. coniug. in 6. vbi Clericus coniugatus qui con-
traxit cū vnica, & virgine, & incedit in habitu, & ton
ſura in duob. tantum, gaudet priuilegio. ſ. reſpectu fori,
& reſpectu canonis ſi quis ſuadēte. 17. q. 4. & non in
alijs, vt ibi per Doct. & Lapū alleg. 41. Incipiente an
priuilegium, in titulo de foro competenti, Spec in ti. de
182 Cler. coniug. in fi. † Limita 10. dictam regulā procede-
re, quando aliqua res eſſet relicta, vel tradita eccleſiæ
pleno iure, & in perpetuum, tū de ea non eſſet ſoluēda
collecta ſeu gabella ſecus ſi eſſet traditus ſolus vſuſfru
ctus illius rei, vel eſſet tradita ad ſpſ, & non in perpe
tuū, quia tunc de ea ſolui deberet gabella, ſecundū Flo.
ſing. in l. pendentes, §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufr. &
ſequitur Ber. Fir. in tra. de gabel in 7. par. prin. col. 6.
183 verſ. Item verum. † Limita 11. non procedere, quando
eſſet poſita in populo aliqua collecta, ſeu præſtātia, pro
certis annis, & eis nō cōpletis bona alicuius ciuis pue-
niāt ad eccleſiā, quia eccleſia tenetur ad reſiduū illorū
annorū, ſecūdū Ang. late in cōſ. 203. Incipiēte inter or
dinamenta, & Fel. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 32. ver. 3.
not de conſt. Et Fel. in c. verum, in vlt. col. verſ. lim. 1.
de foro comp quia licet collecta non poſſit de nouo im-
poni eccleſiæ, pro re in eā tranſlata, tamen ſi ante erat
impoſita, trāſit ad eccleſiā cū illo onere, ut ibi per eos.
Imò hoc caſu, ſi eccleſia nō ſoluit, pōt haberi recurſus
cōtra venditorē, vt ſoluat, nec ab eius æſtimo. ſeu cata-
ſto eleuari debent illa bona, niſi eccleſia in æſtimo po-
nat, & ſoluere promittat, vt dicit Bal. not. in auten. ſed
periculum. C. ſine cenſu vel rel. & ibi ēt hoc tenet Bar.
Sal. & Pau. de Caſ in l. ſi negotiū, ff. de neg. ge. & Fir.
in tra. de gab. in 7. par. prin. col 6. ver. itē verū. Add.
Et bene faciūt quæ dicit Ang. conſ. 24. Incipiēte eccle
184 ſia. † Lim. 12. dictam regulā procedere, in re eccleſia-
ſtica, quæ manet penes eccleſiā, ſeu clericū, qa de ea nō
ſoluitur gabella: Secus ſi illa res eccleſiaſtica, eſſet effe
cta profana, puta, quia eſt alienata in laicum, tunc. n.
de ea debet ſolui gabella, vt tenet Bar. in l. Paul. aliàs
incipit per procuratorem, ff. de acq. hær. & Doct. in l.
citatio, in fi. ff. de publ. & vect. Bal. in Margarita, in
verbo contractus verſ. fi. & Firm. in tract. de gab. in 7.
185 parte prin. col. 6. ver. econtra vero. † Quia mutata per-
ſona mutatur ſtatus rei. C. de impo. Lucr. deſcr. l. 1. &
& c. 1. de iure patr. in 6. & not. Io. And. in cap. 1. de
immun. eccl. in 6. ad finem, & tangit Pet. de Anch. in
186 conſil. 217. Incipiente dubium facit circa prin. † Li-
mita 13. dictam regulam non procedere, quando per
aliquod ſtatutum laicorum eſſet impoſita gabel-
la, & Clerici vellent vti beneficio illius ſtatuti, per
quod eſſet impoſita gabella, quia tuncetiam Cleri-
ci tenentur ad gabellam, ſecundum Bald. in l. prima,
circa fi. C. de contrahen. emp. & Abb. in conſil 6. &
tenet Phil. Decius in c. eccleſia S. Mariæ, in finalibus
verbis de conſt. quia Clerici debent vti ſtatutis laico-
rum eo modo, prout diſponunt, vt ibi per eum, & tenet
Decius in l. ex qua pſona, ff. de reg. iur. Et vide ad ma-
teriam Raph. Cuma. conſ. 140. nu. 4. incipiēte. Platius;
187 Limita 14. non procedere in familiaribus domeſticis,
ſeruientib. & vaſſallis clericorum, qui non excuſantur
a collectis ordinarijs, iuſte impoſitis, vt And. de Iſer.
in tit. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccleſ. cond. §. ec-
cleſiaſticam perſonam, in vſib feud. ad quod vide eun-
dem And. in tit. quæ ſint reg. §. extraordinaria colla-
tio. col. 2. ſicut excuſantur a patrimonialibus, vt per
And. in d. §. eccleſiaſticam, quia eſt munus ordinariū,
188 vt ibi per eum. † Limita 15. non procedere in onerib.
ordinarijs, mere realibus, quæ imponuntur ipſis præ-
dijs, de conſenſu principis, quia ad illa tenetur eccleſia,
& Clerici, pro bonis in eos a laicis tranſlati quia tran-
ſeunt cum onere ſuo, vt tenet Barto. & Sal. in l. placet.
colum. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Arch. in c. placet, 16.
qua p calumniam,col.1.ver.ſed iuxta,C.de epiſ.& cle.
non curando de diſtinct.Pet.& Cy.ibi,haueẽt opin te-
nuit Bar.Cęp.conſ.11 col.6.verſ.de prima.& Rota de-
ciſ.202.Incipiente ſi clericus,ſub rubr.de cler.coniug.
in nouis dec.& Phi.Fran.in c.1.§.1.col.2.de cle.coniu.
& ibi Gem.§.fi.& in d.c.ſi iu-
dex,in prin.col.1.Et dicit Al.
cõſ.8.Incipiente videtur ſuper
primo,col.fi.1.vol.ꝙ cognoſcere,an ſit clericus,& gau
dere debeat priuilegio clericali,& an duxerit vnicã,&
virginem ſpectat ad iudicem eccleſiaſ.† Si vero clericus
eſt captus per ſecularem iudicem ſine habitu & tonſu-
ra,ſed ipſe allegat ſe clericum,& petit ad Epm remit-
ti:hoc caſu ex quo eſt notorium notorietate facti ꝙ ince
debat ſine habitu & tonſura, ex quo apparent veſtes
laicales,& diſcooperto capite,apparet non habere ton-
ſuram,ante cauſæ cognitionem,nõ debet ad eccleſiaſti-
cum remitti, quia ptãs ſecularis interim eſt in poſſeſ-
ſione,& donec cognoſcitur de clericatu, coram eccle-
ſiaſtico,& ſi gaudere debet priuilegio, nec dẽt remane
re in poſſe iudicis ſecularis,debet tamen poteſtas ſecu-
laris interim ſuperſedere in cauſa, quia pendet qõ præ-
iudicialis ſuæ iuriſdictionis,& interim neſcit ſe iudicẽ,
vt tenet Io And.in d.c.ſi iudex,de ſen.exc.in 6.& Bal.
in d.l.ſi qua per calumniam,col.1.ver.ſed ponamus,&
ita intelligitur,quod dicit Gem in c.1.§ fi.col fi.de cle.
coniug.in 6.& ibi Phil.Fran.§.1 col.2. Et Bar.Soc.cõ
ſil.122.col.pen.circa priu.1.volum.Ad prædicta vide
quæ latè dixi ſupra in gl.in verbo priuilegio verſus fi.
vbi vide,quia hic nõ repeto. Aduerte tamẽ quod ſi Cle
ricus in alio caſu permiſſo,non portaret habitũ& ton-
ſuram,non ppea amitteret priuilegium, vt dixi ſupra
in gl.in verbo habitum.† Et ad proxime dicta quod cle
ricus qui non vadit in habitu & tonſura ſi ſit captus
per iudicem ſecularem debet remanere penes ipſum,
donec fuerit cognitum per iudicem eccl.de clericatu, &
cognito de clericatu debet remitti ad iudicẽ eccleſiaſti-
cũ,& ita ſeruatur vt dicit Mat.de Affl.in conſt.regni,
apoſtatantes,col.3.& Ale.in d.conſ 8.col.fin.1.vol.&
faciunt nota.in c.in audientia ext.de ſen.exc.& tex.in
c.quicunq; ex clero.23.q.8.Gem.in c.licet, c.non, ext.
de cler.in 6.Car.in repe c.perpendimus de ſen.excom.et
9 vide Ale.conſ 149.6.vol †Sed pone,clericus captus a
poteſtate ſeculari,dicit ſe clericum, & oſtendit literas
clericatus poteſtati,ad inſtructionem iudicis,& ad indu
cendum in eo ſcientiam clericatus,ut ſi eum detinet ſit
excõicatus,iuxta c.ſi iudex de ſen.excom. in 6. & c.ſi
quis ſuadente,17.q.4.an hoc ſufficiat, vt ſecularis de-
beat illum remittere ad eccleſiaſticum.Bal in d.l.ſiqua
per calumniam,col.fi.C.de epiſ. & cleri.tenet ꝙ ſic, &
in tali oſtenſione literarum clericatus, non oportet ad-
uerſarium citare,quia nõ fit in modum probationis,ſed
inſtructionis:cũ vero probatio Clericatus debeat fieri
coram Epõ,non autem coram ſeculari, ut ibi per eum
& ad prædicta uide Philip.Fran.in c.ſi iudex.§ fi. Sed
quæro quõ probetur aliquem eſſe Clericum, cum in du-
bio quis non præſumatur Clericus, niſi probetur,ut te-
net Bal.in c.fi.col.2.de præſump.& in c.at ſi Clerici, in
fi.de iud.Et an talis probatio,quod ſit Clericus, poſſit
fieri per teſtes,an vero requiratur ſcriptura: in quo di-
cas, ꝙ de iure ciuili videtur requiri probatio per ſcri-
pturam, d.l.ſi qua per calumniam,C.de epiſ.& cler.no.
gl.in c.1.de cenſ.in 6.Sed de iure canonico,põt fieri pro-
batio ẽt p teſtes,c.2.&
3.& vtrobiq; not. ext.
de cle.pereg.& iſtud cõi-
ter tenetur vt not.Pet.Cy.Alb.& Bal.in d.l.ſi qua per
calumniã,& Alex.conſ.107.videatur circa ſuperius,
col.fi.7.vol.Mat.de Affl.in conſt. apoſtatantes, col.3.
in fi.& ibi ẽt ponit, An unus teſtis ſufficiat,vel an cre-
datur literis Epi aſſerentis illum eſſe Clericũ, de quo ẽt
vide Bal.in d.l.ſi qua per calumniam, col.1.in fi.cum
ſeq.& Thom.Gram.deciſ.81.nec obſtat, d.l.ſiqua per
calumniam,quia loquitur in clericis peregrinis,qui de-
bent oſtendere literas cõmendatitias,ut ibi,& per Do-
10 ctor.ubi ſup.† Ad prędicta vide etiam Cęp.in d.cõſ 11.
col.3.cum ſeq.verſ.de ſecundo.Et ultra prædicta,qua-
liter probetur ꝙ ſit Clericus, vide Bal.in proœ decreta.
ibi Gregorius,col.5.ubi dicit,quod probando,quod pu-
blicè portat habitum,& tonſuram Clericalem,& facit
alios actus Clericales,& pro Clerico cõiter reputatur,
& eſt in poſſeſſione Clericatus,& cum ſit in poſſeſſione
clericalis habitus, debet per iudicem haberi pro uero
Clerico,ut not Arc.17.q.4.c.ſiquis ſuadente,& 100.
11 diſt.c.contra morem.† Et creditur etiam aſſertioni Car-
dinalis,ſi dicit aliquem Clericum, Arch.in c.nobiliſſi-
mus.96.diſt.& Bal.vbi ſupra. Et prædicta procedunt
quando non poteſt vere probari per literas Clericatus,
vel per teſtes, qui interfuerunt quando ſuit ordinatus.
12 † Et econtra,qui non portat habitum, neque tonſuram
non præſumitur clericus,ſed profanus,nõ ꝙ habitus ſit
cauſa eſſendi,uel faciendi Clericum, ſed eſt ſignum eſ-
ſentiæ conſuetum,ut dicit Bal.in d.proœ decreta.† An
autem ſi Clericus confitetur coram poteſtate, ſe eſſe lai
cum,an excuſet poteſtatem,qui ſcit,vel ſcire debet, eũ
Clericum,Inno.in c.ut famæ ext.de ſen.exc.tenet ꝙ nõ
& idem tenet Io.And.in d.c.ſi iudex,de ſen. excom. in
6.& Bal.in l.ſi qua per calumniam,col.2. verſ.ſed po-
namus,quia illa confeſſio,eſt facta coram iudice incom
petenti,& ideo non præiudicat,ut ext,de iudic.at ſi cle
rici,& Bal.ubi ſupra Et an Clericus cõiugatus debeat,
non ſolum oſtendere inſtrumentum Clericatus,ſed pro-
bare inceſſiſſe in habitu,& tonſura,& contraxiſſe cum
unica & virgine,vide Rotam in d.dec.Si clericus 202.
in rubr. de cler.coniug.Philip.Fran.in d. cap.1.§ 1 de
Cler. coniug. in ſexto, & ibi Gemin. Et an iudex ec-
cleſiaſticus etiam ex officio poſſit talem clericum a iu-
dice ſeculari repetere,& multa alia,vide per gl.& Do-
ctor.in d.c.ſi iudex.*

*1 ℞ ¶ Et pro etiam,& ſtat implicatiue. l.1.& ibi glo.in
verbo,& reipublicę,ff.ſolu.mat.quaſi dicat,ut talis pu
niri poſſit,non ſolum pęna pecuniaria, ſed etiam pœna
ſanguinis prout delicti qualitas popoſcerit.*

*2 e ¶ Vltimiq. ſupplicij,ideſt mortis,quia ultimum ſuppli
cium mortẽ interpretamur.l.ultimum ſupplicium.ff.de
pęn.*

pęnam puniri poſſe, in dicta monitione auctoritate noſtra [b] declares, & denunties, & quos etiam nos ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo declaramus ſeculares, [c] & per curiam ſecularem puniendos decernimus ipſo iure, [d] nulla alia noua declaratione ſuper hoc requiſita, vel requirenda, Non obſtantibus [e] conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub anulo piſcatoris, die 19. Ianuarij. 1524. Pontificatus noſtri Anno primo. Be.El. Cremonen. Poſt quarum quidem literarũ præſentationem, earumq: receptionem, & per nos, vt præmittitur factas, & receptas uolentes ad ipſarum excutionem procedere. Idcirco auctoritate Apoſtolica prædicta, qua fungimur, prædicta omnia, & ſingula ſignificamus, & præſenti edicto intimamus, & intimari mandamus, omnibus, & ſingulis clericis primæ tonſuræ, & minorum ordinum, omnia & ſingula in dictis literis Apoſtolicis contenta, ac omnes & ſingulos clericos prædictos, prætendentes priuilegio clericali gaudere, monemus, & requirimus, primo, ſecundo, tertio, & peremptorie, ut infra terminum duorum menſium, a die affixionis, & publicationis præſentium computandum, & in dictis literis Apoſtolicis contentum, quos, ipſis, & unicuiq; ipſorum, pro termino peremptorio, & trina monitione canonica aſſignamus, ut habitum, & tonſuram honeſte, & alia ſolemnia, iuxta canonicas ſanctiones deferant, & de cætero deferre debeant, & alia omnia, & ſingula, in dictis literis Apoſtolicis contenta, obſeruare debeant, iuxta canonicas ſanctiones, & ipſarum literarum ſeriem & Alioquin dictorum duorum menſium termino elapſo, ſi in habitu decenti clericali incedere, & honeſte tonſuram deferre, & alia ſolemnia, iuxta canonicas ſanctiones, ut præfertur, obſeruare neglexerint, & alia non adimpleuerint, put in dictis Apoſtolicis literis continetur, eoſdem clericos, & quemlibet ipſorum, ex nunc, prout tunc, & èconuerſo, abſque

pęn.l.capitalium, in prin.eod.tit. Sęd contra hoc oppo.
quod non debuit declarare taliter puniendos pęna ſan
guinis uel mortis, Imò eccleſia debet verè, & non fictè
ſed efficaciter intercedere vt ille qui traditur Curiæ ſe-
culari, non puniatur pęna mortis, ſed vt moderetur. c.
nouimus ubi gl. & Doct. de ver.ſign. Io. Andr. & alij
in c.cum non ab homine, col.
1.de iud. nec poteſt ſenten-
tiã ſanguinis proferre. c.ſẽ-
tentiam ne cler. vel mon. cũ
concor. ibi per gl. aliàs eſſet
irregularis, ut ibi, ſed reſpõ-
deo, ꝙ licet in hoc iſta extra
uagans uideatur aliquantu-
lũ rigida, non tamen ꝑꝑ hoc
Papa hic condẽnat aliquẽ
ad mortẽ, uel ad aliquã pę-
nam corporalem, licet decla
ret huiuſmodi clericos, poſſe
per ſecularem iudicem pu-
niri ita declarat Inno. in d.c.
nouimus, verſus.fi. & ſic nõ
2 *dicitur irregularis.† Immo*
Papa faciendo legem in qua
diſponeretur, ꝙ delinquen-
ti imponatur pęna mortis, li
cet auctoritate illius legi,
aliqui eſſent morti traditi,
non efficitur irregularis, qa
cũ ea promulgauit, nõ aĩad-
uertit in certa ꝑſonã, nec uo
luit hoĩes incidere in illam
conſtitutionem, ſed illud fe
cit ꝑꝑ bonũ, vt hoĩes a ma-
leficijs arceret, ut dicit Arc.
in c.officia. 23.q.5. & Præp.
in c.in primis, § de perſona,
colum.fin. 2.q.1. dixi latè in
meo tractatu de irregulari-
tate in quęſtione quæ incipit
quæro, an Papa, uel Prĩceps
faciendo legem, ubi uide.
1 *b ¶ Auctoritatę noſtra, quia*
merito oĩa noſtra facimus q
bus a nobis ĩpartitur aucto-
ritas, l.1.§.oĩa. C.de uet.iur.
enucl. facit. l.1.§. deieciſſe.
2 *ff.de ui & vi arma. † Et de*
iſta clauſula auctoritate no
ſtra facias, vide Gemin. &
Doct. in ç.cum aliquib. extra de reſcrip. in 6. Io. And,
Abb. & alios in c.licet, & in c.graue de off.ord. tex. et
gl. in c.1. de cler. ęgr. in 6. Doc. in c.ſi eum, & in c.bi quĩ
de prab. in 6. Et de clauſula uice noſtra, uide gl. iuncto
tex. in c fi. de ſtatu.mon. & ibi Abb.
1 *c ¶ Seculares ſimiliter in auten.quo.opor. Epiſ.§. ſed*
neque, coll. 1. Add. Nunquid percutiens clericũ non in-
cidentem in habitu & tonſura quando ignorat illũ eſſe
clericum ſit excõicatus vide Fel. in c.ſi vero, in prin.
col.1 de ſen.exc. col.1. vbi tenet ꝙ ſi ſciebat eſſe clericũ
eſt excõicatus, ſecus ſi ignorabat, qa ex depoſitione ton
ſuræ non perdit priuilegium. Imò plus dixit Fel. in ca.
ſi uere, in prin. de exc. quod percutiens clericum hære-
ticum eſt excommunicatus, allegat Inn. ibi & dicit eſſe
ſingulare.
d ¶ Ipſo iure † & ſic impor-
1 *tat priuationem priuilegij,*
abſq; alia monitiõe, & abſq;
ſnia, quia ubi canon impo-
nit pęnã ipſo iure ex facto
negatiuo, quãdo illi adijci-
tur certum tp̃s, non requiri-
tur alia monitio, ut tenet
Gem. in c.1. col.2. in pri. de
vita & ho.cler. in 6. nec re-
quiritur ſnĩa, ut ibi, Tamen
licet non requiratur ſenten
tia condemnatoria, requiri-
tur tamen ſententia decla-
ratoria, talẽ clericum ami-
ſiſſe priuilegium, ob non de-
lationem habitus, & tonſu-
ræ, & poſſe per iudicem ſe-
cularẽ puniri, quia licet pę-
na imponatur iure, tamẽ re
quiritur ſententia declara-
toria, per tex. in ca.cum ſe-
cundum. §.fi. extra de hær.
in 6. & ibi Doctor. Felyn. in
c.cum non ab homine, col 4.
cum ſequen. de iud. & ibi
per alios. Aduerte ta-
men, quia in caſu noſtro nõ
requiritur aliqua declara-
toria, ſed ſtatim poteſt per
iudicem ſecularem puniri,
per tex. noſtrum hic, ibi nul
la aliã declaratione ſuper
hoc requiſita, nec requiri-
tur alius iuſſus iudicis ec-
cleſiaſtici, cum ex iſto tex.
ſit hoc inductum, faciunt
quæ dicit Phil. Fran. in d.c.
cum ſecundum, §. fina. in
verſ.not. & gloſſ. in clem. 1.
in verbo eo ipſo, de uita &
honeſt. cler. cum ibi allega-
tis
1 *e ¶ Non obſtantibus, † quid operetur iſta clauſula non*
1 *obſtantib. vide latiſſime per Felyn. in c.nonnulli, col.3.*
cum plurib. ſeq. ext. de reſcr. ubi per pluſquam uiginti
col. hoc examinat, uide ibi.
1 *f ¶ Datum. de materia datæ, vide gl. Io. And. & Phil.*
Fran. in fi. ſexti libri decr. in data.

¶ *Igno-*

alia declaratione facienda, foro ſeculari ſubiectos fore, & tanquam laicos, per curiam ſecularẽ, & vſque ad vindictam ſanguinis, ultimique ſupplicij pœnam, vt ſeculares, & per curiam ſecularẽ, puniri poſſe auctoritate ſupradicta Apoſtolica, qua fungimur decernimus, & declaramus iuxta vim, formam, & tenorem dictarum Apoſtolicarum literarum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunq;. Præſens quoq; edictum, vt omnibus innoteſcat, nequis valeat per ignorantiam g ſe excuſare, in valuis maioris Eccleſiæ Neapolitanæ, & Regij Conſilij, Magnæ Curiæ Vicariæ, & Regiæ Cameræ Summariç, tribunalium, & aliarum eccleſiarum Cathedralium, & locorum publicorum huius regni, affigi mandamus, ibidemque publicari per quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, & mũdanas, ad id requiſitas, ad inſtar publicorum edictorum, quæ olim in albo h prætorio affigebantur. Datum Neapoli, in domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſitis propè parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis maioris, die, & menſe prędicto, duodecimæ Inditionis. 1524. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis, diuina prouidentia Papæ ſeptimi, Anno i primo. Don Hieronymus Centelles, Nuncius, & collector Apoſtolicus.

Mactiæ Santilli Campani diſticon.

Huc ducente Deo, ſecuit uada Cętula maris,
Et tenuit curſus noſtra carina ſuos.

FINIS.

g ¶ *Ignorantiam ſe excuſare, ſimiliter ponitur in c. omnes extra de pœn. & rem.*

h ¶ *Albo prætorio, vt ff. de iur. o. iud. l. ſi quis id quod, primo reſponſo, & glo. in §. prætorum Inſtitu. de iur. natur.*

i ¶ *Anno primo. An debeat poni annus Pontificis, Et a quo tempore incipiat annus, an a die electionis, uel coronationis, & de multis alijs vide glo. & Doctor. in data ſexti libri decretaliũ in fine.*
3 *† Et quando incipiat annus emergens, & quan-*
4 *do annus communis. † Et quot dies hẽat, vide Alex. in l. de diuiſione, in princ. ff. ſolut. matr. cum ibi allegatis, & Iaſon. in §. rurſus, col. 34. & ibi etiam Ang. Are. Inſtitu. de actio. & Angel. Are. in §. qui hoc annó Inſt. de inutil. ſtipul. In notatis, & ſcriptis per me ſuper materia huius clem. & extrauagantis cõſtitutionis, & alijs omnibus, vbicunque per me dictis, uel ſcriptis, ſubmitto me correctioni ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. qualitercunque me contigerit erraſſe in eiſdem, quæ ſcripta licet minima ſint, tamen vt dicit Philin. ſecundo Motap. alijs veritatis inueſtigandę materia præparatur. Finiſque impoſitus eſt per Ioannem Antoniũ de Nigris, de Ciuitate Campaniæ Regni Neapolitani prope Silerem Fluuiũ, Iuris Vtriuſque Doctorem immeritum die 7. menſis Martij nonæ Indictionis, 1526. In die Sabbathi, quo die fuit Feſtum Beati Thomæ de Aquino, ad honorem, & laudem Omnipotentis Dei, eiuſq; Matris Virginis Glorioſæ, & beati Hieronymi, & beati Thomæ patronorum meorũ, qui pro nobis intercedant, Amen. Laus Deo, ſit benedictus Deus, & iterum ſit benedictus Deus.*

EDICTVM SVPER REFORMATIONE CLERICI VRBIS.

IACOBVS MISERATIONE DIVINA tt.S.Mariæ in Coſmedin. S. R. E. presbyter Cardinalis Sabellus.S.D.N.Papæ Vicarius Generalis.

SAcro ſancta Tridentina Synodus, probate eorũ vitæ,& ſanctæ cõuerſationis exẽpla,q ſe diuino miniſterio dedicarũt, præter ſacri inſtituti neceſſitatẽ,ad vniuerſã quoq; Chriſtiani populi reformationem plurimum prodeſſe intelligens,ſalutariter ſtatuit, vt quæ a Sũmis Pontificib.& a ſacris concilijs,de honeſtate clericorũ vitæ doctrina,cultuſque rõne, decreta fuiſſent,per eos,ad quos ea cura pertineret,in vſum reuocata,& in mores inducta propagarent. Nos igitur eiuſdẽ Sacri Concilij iuſſa exequi cupientes,nõnulla,ſine quib.recta viuendi Clericorum diſciplina cõſtare non poteſt,ex ſacris & canonibus,& Concilijs collegimus, uel ad eorum mentem conformauimus,quæ ex auctoritate S.D.N. Papæ viuę vocis oraculo nobis conceſſa,inuiolate obſeruanda proponimus.

Vt igitur cũ vitæ, & animi clericalis integritate externus etiam habitus,veſtitus, omniſque conuerſatio congruat.

Præcipimus omnibus, & ſingulis ſactis ordinib. initiatis,aut quæcunque beneficia eccleſiaſtica ẽt ſimplicia obtinentib.cuiuſcunque gradus,aut dignitatis ſint,vt intra quindecim dies, a præſentium literarũ promulgatione numerandos,Clericalẽ tonſurã,quæ eſt Militiæ ſpiritualis inſigne vnius cuiuſque ordini,& gradui conuenientem, perſpicue gerãt,Presbyteri vero ab ſuperiore labro Barbã ita tondeant,ne ſalutare Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini Sacramentũ ſumentibus, impedimentũ afferat Veſtẽ ſuperiorem, & interiorẽ ſimplicem,& talarẽ oẽs geſtent, non reflexam,ſed compoſite,& apte ad collũ annexam. Pallium,quod ferraiolũ dr̃,id habeant, ut clericali decoro non ſit alienũ,idq; tñ in pluuiæ, & frigoris neceſſitate,ſemperq; cum talari tunica induant.Quas tñ veſtes ad longioris itineris neceſſariã cõmoditatem breuiores, modo ordinis honeſtati conueniant,adhiberi permittimus.

Caligis nõ inflati,nec diſſectis calceis, crepidiſue non inaniter inciſis, ſed ſimplicibus, & integris vtantur.

Camiſias ad manum,& ad collũ criſpas,&(ut dicunt) lactucatas, aut arte laboratas, ne ſumant. Pileos ne habeant,niſi valitudinis cauſa, & eos ſimplices,neque turbinatos, quos ingrediendo in eccleſiam,vel ædes,maxime publicas, ſemper omittant.Neque reticulum, aut ſubbirretũ, niſi valetudinis neceſſitas poſtulet, idque ſine redimiculis,nec anulos,niſi id honoris gradus, aut officij munus requirat.

Precioſioribus pellibus,vnguentis, & alijs odorum ſuauitatibus abſtineant.

Ab oĩ mulæ,& æqui inſtrõ,& ornamẽto aurum, argentũ, uillutũ, & oĩno ſericum amoueant, veſtiũ colorẽ tantummodo nigrũ, niſi aliũ Magiſtratus,aut honoris ratio poſtulet adhibeant. Veſtes holoſericas,aut ſerico ornatas,domi,aut foris ne habeant.

Arma ne ferant,ne ue perſonati incedant.

In cõi denique veſtitu nouitatẽ,& tam eligantię, & concinnitatis, quam negligentię, ac ſordium ſuſpitionem uitent.

Qui in aliquo horũ deliquerit p̃ter veſtiũ, aliarum ue rerum amiſſionem,uiginti quinq; aureis mulctetur,locis pijs,arbitrio noſtro, attribuendis,carcere etiam, ac beneficiorum priuatione, maioribus pœnis pro delicti, & perſonarum genere arbitrio noſtro puniatur.

Qm̃ uero q habitunt in tabernaculis Dñi non ſolum oẽm impudicitiæ cauſã,ſed ẽt occaſionem, & ſuſpitionẽ a ſe remouere dñt, ideo præter ea, quæ de conturbernio,& conſuetudine multũ ſuſpectarũ,a ſacro Concilio ſtatuta ſunt,eadem auctoritate ędicimus,ne in ędib.ad domicilium,& vſum canonicorum,aliorumue miniſtrorũ Eccleſiæ ædificatis,fęminę,ẽt cũ illis quouis ſanguinis vinculo coniunctæ,ullo modo cõmorentur,in alijs uero canonicali,aut clericali vſui non attributis, niſi ex cauſa tñ iudicio noſtro probata.

Item ne ędes Eccleſiæ,aut earum partes in quib. ipſi habitant, uel habitare debeant laycis locẽt, niſi nobis locationis neceſſitas comprobetur. Quæ uero ab eccleſijs ſeiunctæ, etiam ſi iuris eccleſiæ non ſint,eas nemini,niſi is bonæ exiſtimationis ſit, locare audeant.

Clerici quos,propter Chriſtum ſpectaculum fieri oportet mundo,Angelis, & hominibus maxime debent ab ijs ſpectaculis, quæ Chriſtum non ſapiũt,abſtinere.Itaq; decernimus,ne comędias, fabulas choreas,haſtiludia,aut ludicrum,&prophanum ullũ ſpectaculi genus,agãt,uel ſpectent.

Ne talis,teſſeris,pagellis,pictis, & omnino alea, aut ullo præterea uetito,aut indecoro ludi genere ludant,ne ue huiuſmodi ludi ſpectatores ſint.

Non canes,accipitres,aut aliud uenaticum animal aleant,ullum ue genus uenationis aduerſus ſacros canones obeant.

Ne commeſſationibus,aut minus honeſtis conuiuijs interſint,cauponaſq;, aut tabernas ne ingre-

grediantur niſi lõgioris itineris cã, ne ue cuiquã propinẽt aut prouocati ad bibẽdũ, reſpondeãt, ſed ſobrie, & caſte ex doctrina Apoſtoli viuant.

Interdicimus autem eis procuratione, aduocatione, patrocinio, & omni actione cauſarũ apud iudicem ſęcularem, exceptis cauſis iure permiſſis, quo loco, ſcripta licentia, a nobis impetretur, quos præterea in rebus prophanis omni notariatus, & tabellionatus officio, necnon arte medendi, maximè chirurgia, prohibemus.

Nullus tutelam, curamue, niſi pietatis cauſa, idque conceſsione noſtra ſuſcipiat.

Mercaturam ne exerceant, neue in rebus contrahendis ſe medios, vel interpretes adhibeant, prædia ne conducant, pro nemine ſpondeant, Principum, & omnino laicorum negocia ne procurent, aut eis inſeruiant, niſi cauſa id poſtulet, à ſacerdotali officio non aliena, qua in re tam conceſsio noſtra, quam hac in re, & alijs à nobis permittendis gratis ſemper fieri volumus, intercedat, eaque quotannis renouetur.

Ne fœminas nobiles aſſectentur, neue officij cauſa ſtent circum menſam illis accumbentibus.

In famulatu vero Eccleſiaſticarum perſonarum, vilia officia, aut opera, quæ clericali decoro non conueniant, minimè faciant.

Quicunque in ijs, quæ à nobis ſupra prohibita ſunt deliquerint, præter mulctam vigintiquinq; aureorum, ob ſingula delicta exigendã, & quemadmodum diximus, in pios vſus erogandam, carcere, priuatione beneficij, & grauius etiam pro perſonæ conditione, & facinoris, ac flagitij modo, arbitratu noſtro plectantur.

Mandamus autem omnibus qui ordinis, vel beneficij, aut alia ratione canonicas horas recitare debent, vt eas nullo modo omittant, alioquin pœnas, in Lateranenſis Generali Concilio ſub Leone Decimo celebrato propoſitas, & alias, arbitratu noſtro, ſubibunt.

Inhęrentes præterea eiuſdem Concilij Tridentini decretis, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti Domini noſtri vehementer hortamur presbyteros, vt ſingulis dominicis, & alijs feſtiuis dieb. niſi iuſte impediantur, ſalutare miſſæ ſacrificium faciant, Diaconos, & Subdiaconos, vt his ſingulis menſibus & ſemper cum miſſæ ſacrificio inſeruiant. Clericos denique, & inferiorum ordinũ gradibus initiatos, vt ſaltem ſemel ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumant.

Diuinam ſcripturam aſsiduè ſcrutentur, Sacros ſanctorum patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus ſalutaris doctrinæ, & vitæ præcepta, & exempla hauriant.

Præterea edicimus Clericis, alijſue aliquo inferiorum ordinum gradu initiatis, ſi Clericalibus veſtibus vti voluerint, vt tonſuram quoque gerant, & reliqua, quæ præſcripta ſunt, propoſito eodem pœnæ periculo obſeruent.

Laycis vero qui clericali habitu vti conſueuerunt, vt in poſterum birreti ſaltem forma à clericis, ſub eadem pœna internoſcantur.

Quod autem dificile eſt propter multitudinem eorum qui in vrbem ex diuerſis orbis terræ partibus conuenire ſolent, Clericos à Laycis internoſcere, ideo iubemus omnes, & ſingulos clericos, in ſacris ordinibus conſtitutos, alioſque beneficia eccleſiaſtica, etiam ſimplicia, obtinentes, qui in Romana Curia commorantur, ad decem dies, ab harum litterarum promulgatione; eos autem, qui poſt hanc in vrbem venturi ſunt, à die eorum aduentus numerandos, ſe in curia noſtra ſiſtere, & nomen, cognomen, patriam, ordines; & beneficia profiteri, & litteras (vt vocant) dimiſſorias oſtendere.

Qui autem aliquem eo gradu, & cõditione, qua diximus, vel hoſpitij, vel famulatus, aliaue cauſa, domi habent, aut in futurum ſint habituri, illo de hac noſtra lege præmonito, ad præſtitutum tempus ad Curiam noſtram deferre. Qui contra fecerit, vigintiquinq; aureis, & carcere, aliaue pœna, Iudicio noſtro irroganda punietur.

Volumus autem, & decernimus, vt his litteris, in locis ſolitis publicatis, & affixis, ita earum quoſcunque arctet executio, perinde ac ſi perſonaliter vnicuique intimatæ fuiſſent.

In quorum fidem &c. Datum Romæ in ædibus noſtris. Die 30. Menſis Octobris. 1566. Pontificatus autem Sanctiſsimi Domini Noſtri D. Pij Diuina prouidentia Papæ. V. Anno primo.

Alfonſus Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

Iſta eſt localis in Vrbe.

Io. Ant. de Nig.

DE SPOLIIS CLERICORVM, Monachorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum decedentium.

Pius Quartus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DEcens eſſe cenſentes, & æquum, vt nos, qui alios in ſua iuſtitia contulimus, Cameræ Apoſtolicæ iura non negliganius, quinimo, ne prætextu incertitudinis, illa ab aliquibus vſurpari, aut ſnper eis, dubia aliqua oriri contingat, ita noſtræ declarationis temediũ prouideamns, q̀ à nemine deſup dubiũ aliqđ deduci poſsit. ¶ Cũ itaq; ſicut accepimus, à nonnullis vertat̃ in dubiũ, An res, & bona per clericos, ẽt in ſacris ordinibus cõſtitutos, ex negociatione illicita aut alias cõtra ſactos canones, acquiſita, vti ſpolia, vel alias ad Cameram præfatã iure legitimo ſpectare & ꝑtinere debeãt, Nos oẽm deſup hęſitationis materiã ſubmouere ac cauillationib. & altercationibus, ac litibus viã pręcludere, & deniq; malitijs eorũ, qui iura dictę Camerę vſurpare ſatagunt, obuiare, aliàſq; in pręmiſsis opportunè prouidere volentes. ¶ Motu proprio, & ex certa noſtra ſciã, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decernimus, oĩa, & ſingula, res, & bona cuiuſcunq; qualitatis, & quantitatis, exiſtentia, ac in quibuſuis rebus, & Regnis, ac dñijs tam citra, quã ultra Montes, & Maria, conſiſtentia, pet quoſuis Clericos, tam ſęculares, quam quorumuis, ẽt mendicantiũ ordinũ. ac militiarũ regulares, ẽt in ſactis ordinibus cõſtitutos, cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, & cõditionis fuerint, ac Archiepiſcopali, Epiſcopali vel alia maiori dignitate præfulgeant, ex negoriatione illicita, aut alias contra ſacros Canones, quolibet acquiſita, quæ pro tpe, poſt obitũ eorũ, qui ẽt ex facultate, quã habuerint teſtandi, cõdito teſtamento, vbiuis locorũ deceſſerint, & decedent, aut quib. illos, etiã eis viuentibus priuari, & eis deſtitui contingerit, Et pſertim quõdã Andreę Iapiro de S. Ioãne Retũdo pſbyteri, ſen religioſi, extra Ro. Curiã ad illã forſan veniẽdo defuncti, hactenus remãſerũt, remanent, & temanebũt, ad eandẽ Cameram, & nõ alios etiã in quibuſuis Cathedralibus, ẽt Metropolitan. & Collegiatis, ac alijs Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Militijs, cęteriſq; beneficijs eccleſiaſticis, cũ cura, & ſine cura ſęcularibus, & quorũuis ordinũ regularibus, qualitercunq; qualificatis, ſucceſſores illa in titulũ, cõmendã adminiſtrationem, cõmiſsionem, ac alias quolibet pro tempore obtinentes, etiam ſi ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi, & ingrediendi, aliquibus cõc eſſum fuerit, ſpectaſſe & ſpectare, ac ſub nomine Spoliorũ venire, illaque, vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinentia, perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe, & poſſe ac debere & ita ꝑ quoſcũq; Iudices quauis authoritate fungentes, in quacũq; inſtãtia, ſublata eis quauis, aliter iudicãdi & interpretãdi, facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri dẽre. ¶ Necnon irritũ & inane, quicquid ſecus, ſuꝑ his, à quoquã, quauis authoritate ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari. ¶ Mandãtes dilecto filio noſtro, Guidoni Aſcanio, S. Marię in via lata Diacono Cardinali, de S Flore nuncupato, & in eius Camerariatus officio ſucceſſoribus, Quatenus ſpolia ipſa, prout alia ipſius Cameræ iura, exigi, & recuperari, ac p̃ſentes inuiolabiliter obſeruari ſaciat. Nec ꝑmittat Camerã ipſam, vel pro ea Agentes, deſuper modo aliquo, moleſtari, ꝑturbari, aut inquietari. ¶ Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita cõpeſcendo. Necnon legitimis ſuper his, habendis ſernatis proceſsibus, cenſuras, & pęnas ipſas, etiã iteratis vicibus, aggrauando, Inuocato etiã ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. ¶ Nõ obſtãtibus fe. re. Bonifacij Papæ viij. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dicti., & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon eccleſiarum, monaſteriorum ordinum, militiarum, & beneficiorum prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apoſtolicis, illis, & dilectis filijs illorum capitulis, conuentibus, ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, conceſsis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habenres, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus, communiter, uel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, uel excommunicari non poſſint, pet litteras Apoſtolicas, non facientes plenã & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiuſmodi mentionem. ¶ Nulli ergo omnino hominum, liceat hãc paginã noſtri decreti declarationis, mãdati, & derogationis infringere, uel ei auſu temerario, contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, Nono, Nouembris. Pontificatus noſtri Anno primo.

Fed. Cardinalis Ceſius.

Cæ Glorierius.

Barengus.

DE SPOLIIS CLERICORVM, & Monachorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum decedentium.

Pius Quintus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuum rei memoriam.

Romani Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſollicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ ſingulis Eccleſijs debita obſequia. & opportuna ſubuentionis auxilia minimè ſubtrahantur. ¶ Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Parriarchæ Archiepiſcopi, Epiſcopi,& Abbates, ſeu commendatarij, ac alij beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, proprij honoris,& ſalutis immemores. etiam prætextu facultatum teſtandi eis per ſedem Apoſtolicam conceſſarum, in eorum vltimis voluntatibus res ſacras, ac vaſa, ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica, aliaque cultui diuino dicata, quandoque ex fructibus Eccleſiaſticis per eos acquiſita, non Eccleſijs, & Monaſterijs, ac beneficijs, quibus præfuerunt, ſen à quibus prouentus Eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt, pront rationi, & honeſtati conſenraneum foret, ſed alijs locis, etiam aliquando non pijs, ac interdum eorum conſanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicæ Collectores, prærextu quod illa ſub appellarione ſpoliorum veniant, tanquam eiuſdem Cameræ ſpolia exigere, & percipere non erubeſcant in maximum Religionis dedecus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorom, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum ſcandalumque plurimorum. Nos abuſibus ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularum Eccleſiarum,& Monaſteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumq; quorumlibet ſaluti conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perperuo valitura conſtitutione ſtatuimus ordinamus, decernimus, & declaramus. ¶ Quod de cętero omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa, necnon Miſſalia, & gradualia, ac Cantus firmi, & mnſicæ alijque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos Abbates, ſeu Commendatarios, & alios quoſcunque, quæcunque,& qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſęcularia, & quorumuis ordinum regularia, in titulum, vel Commendam, aut aliàs quomodolibet obrinentes qnocunque nomine, vel titulo cenſeantur, etiam ſi de illis, & eorum qualitatibus ſpeclalis, & expreſſa menrio, habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum etiam in eorum priuatis ædibus, & Cappellis, vel oratorijs deſtinata, tempore eorum obitus, ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & aliàs diſponendi de bonis per eos ex altari, vel aliàs quomodolibet acquiſitis per qnoſcunq; Roman. Ponrifices prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, ac nos, ſub quibuſuis renoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu Proprio, & aliàs quomodolibet conceſſis, & concedendis minimè comprehendantur. Nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſteria, etiam Comuentu carentia, & beneficia, huiuſmodi in quibus reſederint, aut quibus præfuetint, quæ aliàs obtinuerint omnino ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere, illaque poſt eorum obitum eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & beneficijs, etiam ſi in Romana Curia, & procul ab illis deceſſerint, vel ab illa nunquam acceſſerint, etiam ſi antea Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint eo, ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur. Ira quod liceat illis defunctis in eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs,& beneficijs ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, huiuſmodi Capitulis, & Conuentibus, reſpectiuè, illa propria aurhoritate, libere apprehendere, ac eorum Eccleſijs & Sacriſtijs applicare, & incorporare. Ac quęcunq; donationes, ac relicta, & legara reſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ volunrates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis Conſtitutionis noſtræ renorem qnomodolibet pro tempore facta, quo ad præmiſſa nulla, & inualida, nulliuſq; roboris, & momenti exiſtanr, & perſonis, etiam Eccleſiaſticis, ſeu locis, etiam pijs, aut Eccleſiaſticis alijs quibuſcunque, in quarum ſeu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minimè ſuffragentur, nec per ea ijſdem perſonis, ſeu locis vel alijs Eccleſijs, huiuſmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. ¶ Quinimo res ſacras, vel alia bona prædicta quocunque nomine, vel titulo pro tempore detinenres, ad illa Eccleſijs, & Monaſterijs, ac beneficijs per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt præfertur, iuxta præſentium tenorem realiter, & cum effectu reſtituendum, & conſignandum quibuſuis diſpoſitionibus de illis incontrarium quomodolibet factis minimè attentis, omnino teneantur, & ad id per cenſuras & pœnas, etiam furti & ſacrilegij, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi & compelli poſſint & debeant. ¶ Et inſuper ſi deinceps contingat inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ Collectorum, vel Subcollectorum aliquas Eccleſias, vel hominum quemquam damno, & iniuria affici, ne cuiquam de cętero verrarur in dubium, quæ res habendæ ſint nomine ſpolij, ſimili modo ſtatui-

mus decernimus, & declaramus. ¶ Quod quæcunque ſcamna, cathedræ, arcæ, etiam ligneæ, vel lapideæ etiam Marmoreæ Mēſæ, & Tabulæ ac quæcunque dolia ſeu Vaſa vinaria vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica per quoſuis preſbyteros, ſeu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in Eccleſijs ſeu eorū Domibus Eccleſiarū earundem vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam ſi ex fructibus, & prouentibus beneficiorum quæ dum viuerent obtinebant acquiſita fuerint, ſub ſpoliorum appellatione minimè veniant, nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſsint. ¶ Præterea quod nullū ſpolium Cameræ præfatæ, fieri, nec quicquam à quibuſuis ſpoliorū Cameræ huiuſmodi Collectoribus, vel Subcollectoribus exigi poſſit per obitum illius qui dum viueret, vnum, vel plura beneficia Eccleſiaſtica obtinuerit, cuius vel quorum inſimul fructus redditus & Prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera ſecundū communem æſtimationē valorem Annuum non exceſſerint, aut qui penſiones Annuas ſuper quibuſuis fructibus Eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem Annuatim perceperit, Dummodo tamen is ſe ab omni illicita negotiatione, & à ſacris Canonibus prohibita abſtinuerit. ¶ Ita qđ ſi quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeu ſimiles penſiones perceperint, prætextu ſpoliorum eiuſdem Cameræ percipere, aut alias contra præſentes noſtras litteras, attentare præſumpſerint, ad totalem bonorum per eū perceptorum reſtitutionem teneatur, ac ad id via iuris, etiam per ſimiles cenſuras, & pœnas cogi, & compelli poſſit, & debeat. ¶ Diſtrictius inhibentes quibuſuis Cameræ præfatæ ſpoliorū Collectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtræ, & priuationis eorum officiorum pœna in ornamentis, & paramentis, ac Vaſis, & Libris præfato cultui diuino dicatis, ac alijs rebus ſacris, nec non ſupellectilibus præfatis quomodolibet ſe intromittant, nec in eorum inuentarijs tanquam ſpolia redigant ſeu deſcribant. Sed ornamenta, & paramenta, necnon Vaſa, & libros aliaque diuino cultui dicata huiuſmodi Eccleſijs, Monaſterijs, Cappellis, & alijs beneficijs hmōi, eorumq; Rectoribus, & alijs prælatis libere dimittant, & conſignent, ac conſignari faciant, cum effectu, Ac ſupellectilia prædicta in locis vbi conſtituerint relinquant. Ac decernentes, ſic in premiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes ſublata cis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

¶ Quocirca dilectis filijs Curiæ cārum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & ſingulis locorū ordinarijs, ac Maiorē dignitatē, poſt Pōtificalem in vniuerſis Eccleſijs Cathedralibus, & Metropolitanenſi. pro tempore obtinentibus per Apoſtolica ſcripta, Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorū, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte quorūcunque in præmiſſis intereſſe habentium, ut præfertur, fuerint requiſiti, ſolemniter publicātes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant authoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, firmiter obſeruari Ac ſingulos quos literæ ipſæ concernunt illis pacifice gaudere. Non permittentes eos deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Cōcilijs editis generalibus, vel ſpecialibus, cōſtitutionib. & ordinationibus necnō Eccleſiarū, & Monaſteriorū, hmōi iuramento cōfirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & cōſuetudinibus, facultatibus teſtandi, alijſq; priuilegijs indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis conceſſis approbatis, & innouatis, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus. ſpecialis, & expreſſa mentio faciēda eſſet, illorū tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, illis in reliquis, in ſuo robore permanentibus cęteriſq; cōtrarijs quibuſcunq;. Volumus autē quod ſi aliquis ex Patriarchis; Epiſcopis, Abbatibus, ſeu Commendatarijs, & alijs beneficiatis p̄fatis, pluribus Eccleſijs, ſeu Monaſterijs, pro tempore ſimul, vel ſucceſſiue præfuerit, ſeu plura beneficia obtinuerit, ornamenta, & paramenta, ac res & bona prædicta, ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis quo eadem beneficia poſſedit, omnino pertineant, & proportionaliter inter ea diuidantur. quodque præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſtolica & Acie Campi Floræ, & de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur, Et quia difficile foret præſentes ad ſingula queq; loca deferri, volumus & etiā declaramus, earū Tranſumptis etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, uel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdē præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hoīum liceat hanc paginā noſtræ ordinationis, ſtatuti, decreti, declarationis, inhibitionis mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat.

Datum Romæ apud Sanctum Pětrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingẽteſimo Sexageſimo Octauo. Idus Iunij. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Pro Dño Summiſt. Ludouicus Ripa.

PRo declaratione materiæ ſpoliorũ clerico
crũ, & perſonarum eccleſiaſticarum de-
cedẽtium eſt ſciendũ.† Quod de iure ca
1 nonico clerici de bonis acquiſitis per Ec
cleſiã non poſſunt teſtari. ſed in eorum
obitu bona qualibet p Eccleſiã acquiſita debent pænes
Eccleſiam remanere. c. relatum, lo 2. ext. de teſt. c. cum
in off. eo. tit. quia de eis teſtari non poſſunt ca. ad hæc,
ibi Abb. & alij, eo. tit. c. fixum, 12. q. 5. vbi eſt bonus
tex. Abb. in d. c. cum in officijs, & Cor. conſil. 88. 2. vo
2 lum.† Sed Papa qui in beneficialibus plenam, & libe
ram poteſtatem habet, c. 2. de præb. in 6. clem. i. in fi. vt
lit. pend. & ordinarius totius orbis, c. cuncta per mun-
dum. 9. q. 3. & poteſt conferre beneficia totius orbis, vt
per Abb. in c. quia diuerſitatem de conceſſio. præb. &
eius voluntas habetur pro ratione, c. propoſuit de con
ceſſ. præb. c. innotuit de electio. ſtatuit, & voluit vt bo-
na clericorum decedentium intuitu eccleſiæ acquiſita
quę ſpectabant ad eccleſiam illius decedentis, applica-
rentur Cameræ Apoſtolicæ, & ſpolia nuncupantur.
3 Sciendũ tamẽ eſt ꝙ de iſto verbo ſpolio, ſeu ſpolijs, pro
vt vulgariter accipitur mortuis Prælatis, ſeu clericis,
non reperitur in iure ciuili nec canonico, vt dicit Guid.
Papa in quæſt. Delph. q. 110. Incipiente an clerici, ſed
bene reperitur de iure diuino. Pſal. 138. verſi. lętabor
ſuper eloquia tua ſicut qui inuenit ſpolia multa: allegat
4 ita tenere Pet. Papa in ſuis nota.† Et deſcendit a Spo-
lio as. i. Priuo, Exuo, Nudo, Denudo, Expolio, ſpolia de
traho, eripio, detraho, tractum a militib. Et dicitur ſpo-
liũ exuuiæ, & quodcũq; hoſtib. detrahitur, iuxta illud
exuuijs indutus Achilli, & ait Seruius, 8. Aenei. nam
maximus vltor Tergemini nece Gerionis ſpolijsque ſu
pb. Alcides, aderat, de quo p Calep. in ver. ſpoliũ. Et ho
die multũ frequẽtatur iſta materia ſpoliorũ, & bene no
5 men fuit conſequens rei.† Quia collectores ſeu cõmiſ-
ſarij ſuper ſpolijs ſpoliant, & deprędãtur domũ in qua
aliquis clericus moritur. Et non ſolum acquiſita a cle-
ricis intuitu eccleſię & beneficiorũ, ſed omnia quæ in-
ueniunt vndecunque quęſita, deprædantur hoſtili mo-
6 re, & relinquunt domũ ſcopis mundatam.† Et Pius Pa
pa Quartus in anno 1562. fecit conſtitutionem quæ
Incipit Decens eſſe cenſentes, in qua ſtatuit, omnia &
ſingula, res & bona cuiuſcunq; qualitatis, & quantita
tis exiſtentia per quoſuis clericos tã ſeculares q̃ quo-
rumuis, etiam mendicantium ordinum, & militiarũ,
& regulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos, & Et
Archiepiſcopali, & Epiſcopali dignitate fungẽtes, ex
negociatione illicita, aut aliàs cõtra Sacros canones
quolibet acquiſita, quia pro tempore poſt obitum eo-
rum, qui etiam ex facultate quam habuerunt teſtãdi,
condito teſtamẽto, ubi vis locorum deceſſerint, aut de-
cedent, aut quibus illos, etiam eis viuentibus priuari,
& eis deſtitui contigerit ad eandem Cameram, & non
ad alios ſpectaſſe & ſpectare, & ſub nomine ſpoliorum
venire, illaq; vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinẽtia
perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe vt latius in d.
7 conſtitut. præcedenti continetur.† Superuenit poſtea
Pius Papa V. vere pius qui fecit iſtam conſt. & ad tol
lendum rapinas nequitias, & inſolentias collectorum
& commiſſariorũ ſuper ſpolijs, ſtatuit ibi ꝙ de cętero
8 &c.† Primo ꝙ omnia & ſingula ornamenta, paramen
ta, vaſa, miſſalia, gradualia, & alij libri cantus firmi,
& muſica, & alij libri quolibet nuncupati, & aliæ res
ſacrę, etiam auri, & argenti, & alia bona ad vſum &
cultum diuinum deſtinata, etiam in priuatis domibus,
& cappellis, ſeu oratorijs, appellatione ſpoliorum non
9 veniant.† Nec de eis clerici quacũque dignitate prę-
fulgeant teſtari poſſint, nec diſponere, ſed ad eccleſias
in quibus præfuerunt, & reſederunt, remanere debeãt.
Immo clericis ſeu prælatis defunctis, licitũ ſit ſucceſ-
ſoribus, & capitulo auctoritate propria capere, & ap
prehendere, & eorum eccleſiis, & ſacriſtijs applicare,
& incorporare. Immo plus ſtatuit vt donationes, le-
gata, teſtamenta, & ultimę voluntates, ſeu ſpolia con-
tra diſpoſitionẽ præſentis conſtitutionis facta ſint nul
la, & illa reſtituere teneatur Eccleſijs prædictis.
10 Item ſtatuit ibi, & inſuper.† Quod quæcunque ſcãna,
cathedræ, arca, etiam lignea, uel lapidea, etiam mar-
morea, menſę, & tabulę, ac quæcunque dolia, ſeu uaſa
vinaria vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſti-
ca, etiam ſi ex fructibus beneficiorũ per clericos ſint
quiſita, pro ſpolijs non reputentur. Et nota ibi ſupelle-
11 ctilia domeſtica.† Et q̃ veniant appellatione ſupelle-
ctilium, uide in l. 3. & toto tit. ff. de ſupell. lega. Et põ
12 dera ibi domeſtica, de quo in l. 1. ff. de ſupell. leg.† Ex
hoc colligitur quod alia non ſupellectilia intelligun
tur de ſpolijs, quia excluſio vnius eſt incluſio alterius,
l. cum prætor, ff. de iud. c. nonne, de præſump.
13 In tex. ibi præterea. † No. ꝙ ſpolia non poſſunt exigi
de clerico mortuo, qui dum viuebat unum, uel plura
beneficia obtinebat, quorum redditus inſimul non aſcẽ
dit ualorem annuũ triginta ducatorum auri de Came
ra ſecũdum communem extimationem, quia in tali ca-
ſu ſpolia capi non poſſũt, & ſic ſunt ducati triginta ſex
ſecundum monetam regni Neapolitani, quaſi ꝙ illi tri
ginta ſex ducati annui ſunt pro expenſis uictus, ad ra-
tionem unius carleni quolibet die, & eſt parua quãti-
tas, quia pro veſtitu, calciamentis & victu non ſuffi-
14 ciunt, & hoc fuit ſtatutum, † vt clericus qui altario ſer
uit, de altari uiuere debeat. c. extirpanda, & c. cum ſe-
15 cundum de prabẽn.† Quia non debet os bonis trituran
tis alligari, 13. q. 1. c. 2. §. præterea, uer. Item non alli-
gabis, & d. c. extirpanda. Et clericus poteſt fructus be
neficij conuertere in eius victum & veſtitum, & illud
quod ſupereſt conuertere in vtilitatem & neceſſitatem
eccleſiæ, ut dicit Inno. in c. indecorum de ætæ. & quali.

& Phil.Fran.in c.præſenti,col.3.in prin.ver.circa primum,num.6.de off.ord.in 6. hodie uero quod ſupereſt veniunt in ſpolijs.In tex. ibi dummodo ab illicita negociatione & a ſacris canonibus prohibita abſtinuerint.
16 † Nota ꝙ clerici debent ſe abſtinere ab illicita negociatione & a canonibus prohibita, vt hic. & c.3.
17 88.diſtin.& c.placuit.21.q.3.† Quia non debent vſuras exercere,66.diſtin.c.ſeditionibus cum ſeq. ext. de vſur.c.præterea, & ſuper omnes mercatores maledictus eſt plus vſurarius,c.eijciens,§.quicunq;. 88. diſt.
18 & dicit ibi Præpo.† ꝙ bona mercatorum facile euaneſcunt,
19 & nihil eis remanet,niſi peccatum. † Et ſic ac-
20 quiſita ex illicita negociatione veniũt in ſpolijs.† Quia fiſcus eſt ſucceſſor male acquiſitorum,gl.in c.imperialem,§.quia,in verbo,bonæ fidei de prob.feu.alie.p Fed. & Lucas de Pen.in rub.C.de iure fiſci,in fi.lib.10. Et dicit Bal.in c.1.col.fi.extra de iureiur. quod fiſcus nil aliud eſt niſi ſubditorum calamitas. Et clerici mercantias & negociationes ſeculares exercere non debent.ſ. vilius emendo & carius vendẽdo,c.3.& ibi gl.in ver. negociationes,& c.eijciens,& c.quid eſt, 88. diſtinct.
21 † Quia clericus negociator vt peſtis eſt fugiendus,c.negociatorem.88 diſt. & mercatores ſunt mendaces & periuri dicentes tantum emi,& tanto vendam, c.quoniã,88.diſt.Prædicta,intellige de illicita negociatione vt dixi in clem.de vi.& hon.cler.in gl in ver.honeſte,
22 & in verſ. ſolemnia. † Item eſt turpis & illicitus q̃ſtus ſi prælatus,vel clericus pecuniã per ſymoniã accepit.c.veniens,de ſymo.c.de hoc.c.conſulere, & c.audiuimus,eo tit.in aut.de ſan.Epi.§.ſed neq; & §. ſi uero laicus,quiæ turpia lucra ad hæredib. ſunt extorquenda.ff.de calu.l.in hæredem,extra de vſur.c.tua, Hoſt.
23 in ſum.de ſym.§.qui incipit quid de pecunia.† Item clerici illicite accipiunt ꝙ ex militia acquirunt, quia clerici arma & militiam ſecularem exercere non debent, quia arma clericorum ſunt lachrimæ.23. q.8. in ſum. & c.nimium,& per totum,Itẽ clerici prohibentur ar-
24 ma portare,c.2.de vi.& hon.cler. † Item clerici illicite acquirunt ex ludo alearum,taxillorum,& ludorum prohibitorum,c.clerici officia,& ibi gl.& Doct. de ui.
25 & hon.cler.& ibi habetur.† An amiſſum in ludo poſſit
26 repeti.† Item ſi clericus exerceret tabernã & eſſet tabernarius,carnifex uel macellator carnium clem.1.de vi.& hon.cler.& ibi gl.& Doct.dummodo publice & perſonaliter exerceat,vt ibi dicit gl.de quo dixi ſup. in clem.in gl.honeſte,& in gl.ſolemnia ibi vide.
27 Item maleſaciunt prælati qui ponunt vicarios, & eis dant quotam prouentuum,quia debent dare ſalarium nõ quotam,quia grauat ſubditos quia propter hoc magnam mulctã imponũt æquitate repulſa,ut dicit Hoſt. in ſum ne præla.uices ſuas,in prin.col.1. & colum.2.
28 verſ.præterea. † Et circa prædicta quæ dicantur turpia lucra,& clericis interdicta vlterius me non extendo,quia vix numerari poſſent,quia plura ſunt negocia quã vocabula,& quicquid homo plus iuſto appetit eſt
29 turpe lucrum,c.1.extra ne cler.vel mo.† Quia nõ poſſunt eſſe procuratores domorum ſecularium, quia nemo militans Deo implicet ſe negocijs ſecularibus,c.placuit,& c.peruenit,21.q.3. ad prædicta vide Hoſt. in ſum.ne cler.vel mon.§.quæ ſunt in prin. & in fine, & dixi in clem.ſupra de vita & honeſt.cler,in gl. in ver. ſolemnia, & vide Spec.in ti.de cler. coniug. col.2. ad ibi dicta remitto, quia nõ repeto,In tex. ibi ita quod
30 ſiquis.† No.ꝙ collectores ſeu commiſſarij ſpoliorum de bonis quorumuis defunctorum ſi aliquid perceperint prætextu ſpoliorum contra iſtam conſt. tenentur totaliter reſtituere & poſſunt ad id cogi via iuris,& p cenſuras & pœnas vt hic. In tex.ibi diſtrictius inhibemus
31 &c.† Nota quod collectores & commiſſarij ſpoliorum prohibẽtur ſub pœna indignationis,& priuationis officiorum,ne in ornamentis,& paramentis,ac vaſis,& libris cultui diuino dicatis,nec alijs rebus ſacris, nec ſuppellectilibus quomodolibet ſe intromittant. Nec in eorum inuentarijs tamquã ſpolia redigant, ſeu deſcribant,ſed illa eccleſiis,ſeu cappellis & monaſterijs eorumq; rectorib.libere dimittere & cum effectu cõſignare debent. Et ſupellectilia in locis vbi extiterint relinquant ſublata ptãte aliter interpretãdi,ut hic dicitur.
32 † Nota ibi eorum inuentarijs,ꝙ collectores & cõmiſſarij ſpoliorum debent conficere inuentarium de ſpolijs & omnia in eo deſcribere ad euitãdam fraudem ut dixi in meo tractatu de Inuẽtario,in pri.cũ ibi allegatis,
33 † Quæro ſi clericus habet bona patrimonialia,vel ſibi obuenta ex ſucceſſione cognatorum,ſeu ex donatione amicorum,vel ex induſtria ſua licite acquiſita,an illa bona capi poſſint pro ſpoliis. An vero clericus de eis poſſit teſtari, vel ad eius libitum diſponere,dic ꝙ de illis bonis poteſt teſtari,& ad ſui libitum diſponere,nec pro ſpoliis capi poſſunt,c.quanto de teſta c.fixum,ubi eſt bonus tex.12.q.5.Abb.in c.cũ ex officiis de teſt. Cor.conſ.88.2.vol.ſed de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ uel de facultatib. eccleſiæ, & hoc cõſtat de ijs ꝙ clerici non poſſunt diſponere,nec teſtari,c.1.c.ad hæc.c. cum in officiis,& ibi Abb.& Hoſt.c.relatum,lo 2.de teſt.& d.c.fixum. Et talia bona intuitu eccleſiæ q̃ſita poſſunt capi pro ſpoliis,ſi clericus habet beneficia vltra valorem ducatorum triginta auri de camera,& de moneta regni ſunt ducati triginta ſex.Niſi eſſent de ornamentis eccleſiæ & ad vſum eccleſiæ deſtinata, vel niſi eſſent ſupellectilia, vt ſupra latius dictum eſt.De aliis regulariter teſtari non poſſunt.fallit in illis trib. caſibus poſitis per Abb.in d.c.cum ex officiis de teſt.
34 † Quid ſi clericus vel prælatus moriens habebat bona patrimonialia.& alias ex ſucceſſione cognatorum vel donatione quæſita quæ non poſſunt capi pro ſpolijs ut ſupra dixi.Et habet alia ex bonis eccleſiæ quæſita, & vertitur quæſtio inter hæredem ex una, & collectorẽ ſeu commiſſarium ſpoliorum ex altera,quid erit dicen-
35 dum?dicas ꝙ ſi talis clericus tenebat ſeparata bona patrimonialia a bonis quæſitis de reb.eccleſiæ,iſte caſus
36 eſt clarus, quia non potuit capere pro ſpolijs niſi bona quæſita intuitu eccleſiæ. Si vero pmixtim tenebat omnia cõia in iſto caſu,ille qui reperitur poſſidere habet præſumptionem pro ſe,quia commodum eſt poſſidere. §.commodum Inſt.de interd. & hoc caſu ſi hæres poſſidet,& commiſſarius dicit quod ſunt de bonis quæſitis

ab

ab eccleſia ipſe tenetur probare, ita dicit glo. in c. ſum manifeſta, 12.q.1. & Hoſt in Sum. de ſucceſ. ab inteſt.
§. qualiter eccleſiæ, in fi. & ſupplem. in ſum. in ver. clericus, 4. col. 1. cum ſeq. & ad prædicta vide etiam quæ
habentur in c. 1. & c. vnuſquiſq; de pecul. cler. & Gem.
conſil. 1. col. fi. Et ſi hæredi incumbit probatio poterit
probare q clericus mortuus ſit & tanta bona patrimonialia habebat, & q erant magni redditus, & q hēbat
beneficia tenuia parui redditus, adeo q de illis viuere
non poterat, & q habebat aliqua debita intuitu eccleſiæ & beneficij facta, adeo q nihil de redditibus ſuperaret, & alia probare poterit vt caſus occurrerit. Et ē
conuerſo cōmiſſarius ſpoliorū poterit probare, q ille clericus habebat pauca bona patrimonialia, & parui redditus, & habebat beneficia magni redditus adeo quod
deductis expenſis poterat tantū ſuperlucrari quolibet
anno, & quod veriſimiliter potius de bonis eccleſiæ q
de patrimonialibus potuit quærere alia bona, & alia
probare vt caſus occurrerit. † Quæro clericus q altari
ſeruit dēt viuere de altari, et ſic de fructib. beneficiorū
c. extirpanda, & c. cum ſecundum de conceſ. præb. &
non debet os bouis triturantis alligari, d. c. extirpāda
cum concor. ſupra allegatis. Quid ſi habebat ſufficiens
patrimonium de quo poterat viuere, & habebat beneficia ex quib. etiam poterat uiuere: de quib. bonis præſumitur, & debeat viuere? dic quod de beneficialib. d. c.
extirpandæ, cum concor. & hoc ſi ſeruit eccleſiæ. aliàs
ſi non deſeruit eccleſiæ, vel in malos vſus cōuertit, tūc
mortaliter peccat, ita tenet ſupplem. in Sum. in verbo
clericus. 4. col. pen. in prin. & Sil. in Sum. in verbo clericus, 4. q. 16. Nec obſtas, c. fi. 16. q. 1. vbi dicit Hieron.
q qui bonis parentum ſubſtētari poſſunt, Si id quod eſt
pauperum accipiunt, ſacrilegium incurrunt, quia intel
36 ligitur, quod de eo quod ſupereſt vltra victum, † & ſic
de ſuperfluis debēt clerici largas eleemoſinas facere,
ēt ſi neceſſitas non ſit extrema, vt tenet Sil. vbi ſupra
cum alijs ibi per eum adductis. Et ſic deducto victu ſi
aliquid ſupereſt venit in ſpolijs, aliàs non. Et alimenta
debentur ſecundum qualitatem perſonarum. 41. diſt.
non requirātur. Et appellatione alimentorum intelligitur victus, & habitatio, ff. de alim. & cib. leg. l. ante
pen. & fi. gl. in c. Epiſcopus. 10. q. 2. Intellige prædicta
quando clericus habens beneficia ex redditibus beneficij percipit vltra triginta ducatos auri de camera, ut
37 dicitur in iſta conſt. & ſupra dixi. Quæro † An debita ad quæ tenebatur clericus defunctus debeās deduci
de ſpolijs: iſtud tangit Matth. de Affl. in conſt. regni puenit, la 1. in fi. & Old. conſ. 249. q̄ritur & videtur velle q ſic, quia bona intelliguntur deducto ære alieno ff.
de verb. ſig l. ſubſignatum, §. bona de iur. do. l. mulier,
ff. de leg. 2. l. cum autem pars. iſtam quæſtionem tangit
Abb. in rep. c. cum eſſes, col. 11. verſic. quarto principaliter, num. 27. de teſt. & relatis multis opin. tenet, q ſi
debita ſunt contracta per clericum defunctum pro ſua
ſubſtentatione, vt ſe aleret, uel pro neceſſitate Eccleſiæ ſeu ſui beneficij, debent deduci & ſolui, ſi vero pro
reparandis domibus proprijs illius clerici, vel alio con
ſimili caſu non debent ſolui de fructibus beneficij, vt
ibi latius per eum. ad prædicta vide etiam Gem. conſ.
primo, col. 1. vbi dicit quod debita contracta volūtarie
per prælatum vel eius intuitu non tranſeunt ad ſucceſſorem, ſed ſolum neceſſaria iuxta nota. in c. 1. de ſol. &
in c. ad dilecti de foro comp. & 10. q. 2. c. hoc Ius. §. bis
creditor, de fideiuſſ. c. quibuſdā, & de depoſ. c. q̄ grauis.
38 Quæro † nunquid debita facta pro Medicis, & medicinis in infirmitate prælati ſeu clerici factis, & alijs
neceſſarijs, an debeant deduci de ſpolijs, an vero teneantur hæredes prælati, dic quod deduci dēnt de ſpolijs, qa
eccleſia ad eas tenebatur, & ſic tenetur q ſuccedit in
ſpolijs per ea quæ dicit Gem. conſ. 1 col. fi. in fi. & Ant.
39 Cap. deciſ. 84. in cauſa reuerendi. Quæro † nunquid
expenſa funeris prælati ſeu clerici defuncti debeat deduci de ſpolijs, & etiam expenſa circa veſtes lugubres
factas ſeruitoribus & propinquis, & in culcitra de ſerico, & in tumulo ſeu ſepulchro marmoreo, Abb in
ſua diſputa. Incipiente Sempronius clericus in primo
dubio tenet, quod Quædam ſunt impēſæ funerum quæ
tendunt ad remedium & ſolacium animæ defuncti, vt
impenſa quæ fit circa clericos confluentes ad officium
ſepulturæ, & ſimilibus, & in iſtis tenetur eccleſia, ēt
ſi defunctus alium hæredem habeat in patrimonialib.
Quædam impenſæ ſunt quæ tendunt ad viuorum amicorū ſolacia, ut apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ, precioſa exequiarum pōpa. 13. q. 2. c. anima defunctorum, & quod multi induantur veſtib. luctuoſis, &
in his eccleſia non tenetur, & iſtud etiam tenet Abb.
in c. vt præterita de electio. Ant. Cap. d. deciſ. 84. tenet
quod eccleſia teneatur, & ſic de ſpolijs ſunt ſoluenda
debita pro medelis, & alijs in infirmitate factis, & ad
funeralia & ad veſtes lugubres famulis Epiſcopi factas, non autem pro expenſa culcitræ de ſerico nec cantaro ſeu ſepulchro, & alijs veſtibus lugubrib. ut ibi per
Capicium, Gem. in conſ. 1. col. 2. tenet quod etiā ſi prælatus, vltra ſuam diocæſim elegerit ſepulturam debet
ſepeliri expenſis funeris neceſſarijs expenſis ſuæ eccleſia, & iſtæ expenſæ fient de redditibus menſe ſuæ diuiſæ a bonis capituli, non autem de bonis capituli: & ſi
fructus ſuæ menſæ non ſufficerent ſepelietur de bonis
capituli, non autem de bonis proprijs hæredum defuncti, & ſic de ſpolijs debent fieri, vt dicit Cap. vbi ſupra.
Et circa iſtas expenſas debet haberi conſideratio dignitatis perſonæ ſepultæ, & facultatum eccleſiæ, quia
non debent eſſe exceſſiue, quia tunc non dicuntur neceſſariæ ſed voluntariæ expenſæ conſiderato ſtatu & dignitate perſonæ, allegat ita tenere Pe. de Peru. in tra.
de canonica portio. c. pen. ver. 23. et multū cōuenit cū
40 opi. Capicij. Quæro † nunquid debita pro ſeruitijs præſtitis a ſeruitorib. ſint deducenda & ſoluenda ex ſpolijs breuiter, dic q ſic, qa licet clericus nō poſſit teſtari
de bonis eccleſiæ, poteſt tamē de pecunia & bonis mobilib. eccleſiæ, non ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſinæ, uel pro ſeruitij remuneratione erogare illis q
ſeruierunt iuxta ſeruitij merita, c relatum, lo 2. §. licet
autem de teſta. & ibi Doct. Abb. in d. c. cum in officijs,
eo. tit. col. fi. verſ. quarto fallit, & Gem. d. conſ. 1. col. fi.
verſ. ad ſecundam. Et talia ſeruitia probari dēnt, quia
non

non ſtatur dicto ipſius clerici. Pau. de Ca. in l. iubemus
de ſacro ſan. eccl. Io. And in add. ad Spec. in tit. de reb.
eccleſ. non alie. Old. conſ. 226. col. 2. in fi. Gem. conſil. 1.
Matth. de Aff. in conſt. regni quanto. col. 2. late Decius
in l. ſi donatione, C. de colla. 2. ibi per alios. Cautius ta-
men eſt vt eis donet in vita, non autem conferat poſt
mortem, ut dicit Io. Bap. Ferre conſil. 218. col. 1. in fi.
41 Quæro † An clericus poſſit teſtari de bonis acquiſitis
per quotidianas deſtributiones, & ſic non ueniant in
ſpolijs, ſed clerico acquiratur dominiũ, dic q ſic ut tenet
Gem. in c. vnico, § qui uero, de cler. nõ reſid. & ibi Phi.
Fran. col. 1. in vlt. not. allegat ita tenere Old. conſ. 97. et
Rotã ut ibi per eum, et tenet Io. de Ana. conſ. 87. col. 1.
vbi dicit Qd illa quæ recipit clericus intuitu ſeruitij
perſonalis trãsferunt ad ſucceſſorem excluſa eccleſia,
q dicit eſſe bonum verbum, allegat Paul. de Leaz. in
ſua quæſtione quæ incipit lata ſententia in ſolutione
quæſtionis, & Moder. in c. præſenti de off. ord. in 6. &
ſequitur Lud. Bolog. in add. in d. conſ. Io. de Ana col. 1.
vbi dicit Qd canonicus põt teſtari de diſtributionibus
quotidianis, quia illæ dantur propter ſtipendium per-
ſonaliter, & pro labore diurno. c. 1. de cle. nõ reſid. in 6.
42 † Ex prædictis etiam infertur q illud quod clericus eſt
lucratus pro miſſis dicendis ex quo quaſi intuitu perſo
næ fuit acquiſitum de eo clericus poterit teſtari, & ſic
non veniunt in ſpolijs, Hoſt. in c. quia de teſt. Abb.
in d. c. cum in officijs, col. fi. verſic. item dubitatur de te
43 ſta: & faciunt ſupra proxime allegata. † Quid ſi re-
ctor ſeu prælatus de ſuo expendit aliquid & cõtulit ec
cleſiæ, an poterit pro eo tanto teſtari & diſponere de
rebus eccleſiæ, & ſic q non veniat pro ſpolijs, dic quod
ſic, q poterit de altero tanto teſtari de bonis eccleſiæ, c.
ſi quis qualibet, 12. q. 2. & c. ſi Epiſcopus, 12. q. 5. &
tenet Abb. in d. c. cum in officijs, col. 1. in fi. verſ. fallit
44 etiam de teſt. cum ibi allegatis. † Sed pone Epiſcopo
exiſtente infirmo ad eum peruenit certa quantitas pe-
cuniarum puta per dies quatuor ante eius mortẽ, mor-
tuo Epiſcopo collector, ſeu commiſſarius ſpoliorum ac-
ceſſit pro ſpolijs, & habita notitia de pecunia peruenta
ad Epiſcopum petit illam pecuniam ab his qui erant
cum epiſcopo puta conſanguineis, vel ſeruitorib. quaſi
quod ipſi dictam pecuniam acceperint, illi negant ha-
buiſſe, quid iuris? dic, q ſi collector non probat q illi ha
buerũt pecuniam, & ipſi negant habuiſſe onus proban
di incumbit collectori, quia potuit Epiſcopus in vita
ſua elemoſinaliter elargiri intuitu eleemoſinæ, uel pro
remuneratione ſeruitij, & probatio debet de neceſſita-
te concludere. c. in præſentia de proba. quia non probat
hoc eſſe quod ad hoc contingit abeſſe. l. non hoc vnde
cogna. l. neque natales de proba. ita in ſpecie conſuluit
45 Gem. conſ. 1. col. fi. verſ. ad ſecundam. † Ad quem au-
tem ſpectet cuſtodia bonorum eccleſiæ mortuo prela-
to ponunt Abb. & Doct. in c. bonæ memoriæ de app. et
Spe. in tit. ne ſede vacante, col. 2. & Matt. de Afflic. in
rub. conſt. regni peruenit, la 1. & dicunt q ſpectat ad ca
pitulum, ſed ſi in illa eccleſia extat Archidiaconus
ad eum ſpectat gl. in c. cum veniſſent de Iuſt. & Matth.
de Affl. ubi ſupra, Old conſi. 194. factum tale eſt, dicit
q de conſuetudine vacante ſede Archidiaconus perci
pit emolumenta ratione ſuæ dignitatis ſed iuriſdictio
reſidet penes capitulum, & hoc etiam videtur dicere
Præpo. in d. c. illud. 12. q. 2. Alij autẽ dicunt q ſpectat
ad œconomum eccleſiæ generalem vt dicit Abb. in d.
c. bonæ, & Præpo. in d. c. illud, quicquid ſit hodie eſt de-
terminatũ in Concilio Tridentino in 24. ſeſſione, c. 16.
q ſpectat ad capitulum, & debet eligere vnũ, uel plu-
res, & fideles, & diligentes, qui rerum eccleſiaſticarũ
& prouentuum curam gerant, qui poſtea reddẽt ratio-
nem ei ad quem pertinebit. Item debet capitulum eli-
gere officialem ſeu vicarium infra octo dies poſt mor-
tem Epiſcopi, vel exiſtentem confirmare, aliàs ad me-
46 tropolitanum deuoluetur vt ib. † An autem fructus
percepti per Epiſcopum defunctum, vel tranſlatũ ſpe-
ctent ad hæredem, vel ad ſucceſſorem, vel ad eccleſiã
vide Io Fran. de Pauinis in tra. de off. & po. capi. ſede
vacan. in octaua quæſtione, ſecundæ partis, col. pen. &
fin. vbi concludit, quod ſpectant ad hæredem quando
ſunt percepti & ſeparati a ſolo. l. defuncta. ff. de vſufr.
Et quid in cappellis, & quid ſi habet adminiſtrationẽ,
vel non uide late Phil. Franc. in c. præſenti, de off. ord.
in 6. & Io. de Ana. & ibi Lud. Bolog. conſ. 87. cir. du-
bium, & vide Alex. in l. diuortio, in prin. col. 2 ff. ſol.
matr. Et vide Io. de Arno. cautela 95. vbi dicit quod
hæres clerici pro rata temporis quo ſeruiuit poteſt pe-
tere fructus, & vide Io Fab. in §. ſi uero Inſt. de re. di-
uin. cum concor. in quibus locis vide, quia remiſſionib.
contentus ero, quia ſat prata biberunt.

Io. Ant. de Nig.

LAVS DEO.

SANCTISS. D. N. D. PII. V. CONSTITVTIO.

De proprietate ſublata Fratribus ordinis minorum conuentualium, & de ambitu officiorum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

AD Extirpandos cupidę proprietatis abuſus, ſummum bonũ in frugifera religione fratrum minorũ Conuentualium nuncupatorum peruertentes, ſimulq; frangendã peſsimam corruptelam, quæ adminiſtrationibus, & officijs huius ordinis, per gratiam, & ſordes conſequendis, perperam inoleuit, De nobis attributæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulos fratres prædictos, etiam ſi Magiſtri Generales, Prouinciales, Cuſtodes, & alij quicunque ſint, priuato rerum bonorumq; omnium immobilium, mobilium. & ſe mouentium dominio, vſu, vſufructu, poſſeſsione, & proprietate, quocunque per eos modo acquiſitis, & ad ipſos obuentis, perpetuo priuamus, dictaq; poſſeſsione amouemus, & amotos annunciamus, illaq; omnia & ſingula, in communes ſuarum cuiuſque domorum, & prædictæ Religionis vſus conuertenda concedimus, Ac omnia, & quæcunque priuilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, & indulta, eis, & ipſorum ſingulis, ſuper his, ac domibus, cellis, hortis, pecunijs, alijſque rebus, etiam cauſa ſenij, infirmitatis, parentum ſubuentionis, congerendæ ſororibus dotis, & cuiuſcunque alterius pij officij intuitu, habendis, retinendis, & fruendis, etiam per quoſcunque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innouata, quibuſcunque concepta formulis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta (quorum omnium tenores præſentibus habemus pro expreſsis) ſpecialiter & expreſsè reuocamus, Volumuſque illa omnia, & ſingula, vires, & effectum, de cætero non habere, Et nihilominus mandamus Magiſtris, & Superioribus omnibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, vt rerum, & bonorum omnium prædictorum poſſeſsionem, domorum, & locorum ſuorum capiant, vt illa illorumq; fructus in communes omnium vſus conuertantur, Statuentes, vt deinceps nullus omnino fratrum dicti ordinis, ſiue priuatus, ſiue Cuſtos, ſiue Prouincialis, ſiue Generalis Magiſtri officio fungentes, etiam prætextu huiuſmodi priuilegiorum, diſpenſationum, permiſsionum, & indultorum, ſeu inueteratæ conſuetudinis, voto repugnantis, aut quacunque alia cauſa, proprium quicquam, aut priuatum habeat, ſed omnia vbique communia, & indiuiſa omnibus religioſis eſſe, Quin etiam Magiſtri, Cuſtodes, & Guardiani, vitam cum fratribus ſuis communem ducere debeant, in Refectorio ſemper comedant, Nullas ædes ſeparatas, ſiue in Clauſtro, ſiue alibi habeant, ſed vnica cella, eademque cum cęteris aliorum fratrum coniuncta, contenti eſſe debeant, Pari quoque ratione cęteri fratres, nil ſibi proprij vendicantes, neceſſarium victum, & veſtitum, à ſua quiſque domo, & per eius Miniſtros capiant, Pecuniæ vero & quæcunque aliæ res, quæ cuique priuatim, etiam intuitu perſonæ, vndecunque donatæ, & relictæ fuerint, Superiori, horarum vigintiquatuor interuallo exhibeantur, qui illas ſtatim depoſito committat, & inde tantum exhibitori, miniſtrari iubeat, quantum præſens rei cõuenientis neceſsitas videbitur poſtulare, Eam propterea diligentiam Superior adhibere debebit, vt ſingulorum maximè infirmorum neceſsitatibus, iuxta cuiuſque exigentiam debite conſulatur. Ad hæc nullus omnino Magiſtrorũ, Cuſtodum, & Guardianorum, adminiſtrationem prædictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium, diſpenſationemq; pecuniarũ, & redditũum ſuæ cuſtodiæ, vel domus, etiam nomine Conuentus habere, ſiue exercere, vel ſeſe in eis interponere poſsit, ſed vniuerſum id onus tribus religioſis à Magiſtro Generali ita demandetur, vt primus rerum, & bonorum cuſtodiæ, ſiue domus, inferendorumq; in eam redditũum curam habeat, Alter tanquam depoſitarius pecunias, & cętera ab illo importata fideliter aſſeruet, Reliquus de pecunijs, & rebus à depoſitario captis Cuſtodi, Guardiano, & fratribus, ac domui vniuerſæ, de neceſſatijs, veluti diſpenſator, cum ipſius Cuſtodi, vel Guardiano, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiuſdem domus probatioribus, rerumq; vſu peritis, deinde ipſimet rurſus præſentibus Cuſtode, Guardiano, & peritis, Magiſtro generali, vel Viſitatoribus, quotieſcunque viſitationis officium fecerint, Denique ipſe Magiſter generalis, in proximo ſequenti Capitulo generali, coram tribus iudicibus, ab ipſo Capitulo deputatis, illorum omnium, & etiã vniuerſæ adminiſtrationis ſuæ publicæ, & priuatæ rationem reddere teneatur. Cæterum præcipimus, atque interdicimus omnibus & ſingulis, ne pro Magiſtratibus Officijs prædictis, quæcunq; ſint, vlli ambitus fiant, aut pecuniæ etiam, pro confirmationibus, ſigillo, vel ſcriptura, aut quacunque alia re, vel cauſa ſoluantur, aliæue pactiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu munera, aut xenia quocunque modo mittantur, ne ve quiſquam, etiam in officio exiſtens,

ſtens,

ſtenis, pecunias, aut aliud quicquam de domo, vel cuſtodia ſibi commiſſa, vel aliunde Generali ſeu alij cuicunque conferat, vel remittat. Quicunque ſecus fecerint, in pęnam priuationis Magiſtratuum, & Officiorum ſuorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, pro culpis, etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo. Decernimus irritum, & inane, quicquid ſecus in præmiſſis, per quoſcunque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Procurationibus tamen, Generali ex vniuerſo ordine, ac Prouincialibus Magiſtris, ex ſua cuique prouincia, & Viſitatoribus ex domibus, & locis viſitandis debitis, & neceſſarijs, nequaquam per Præſentes ſublatis. Non obſtantibus prædictis, & noſtra de non tollendo iure quæſito, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, Nec non Bulla aurea, & Maremagnum nuncupatis, & quibuſlibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & Literis Apoſtolicis, generalibus, & ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, uel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad uerbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia, contra prædicta nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Cæterum quia difficile valde eſſet, eaſdem præſentes ad ſingula loca, vbi illis opus erit transferre: Volumus vt earum exemplis, etiam impreſſis, manuque Notarij publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel eius Curiæ obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ priuationis, amotionis, nunciationis, conceſſionis, reuocationis, declarationis, mandati, ſtatuti, præcepti, interdicti, decreti, & voluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingēteſimo Sexageſimo Octauo. Idus Iunij. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Robertus Fontanus Archiuij Romanæ Curiæ ſcriptor.

Ad materiam vide in c. exijt qui ſeminat de verb. ſignifi. in 6. & in clemen. exiui de Paradiſo. de verbor. ſignifi. & in clem. 1. & 2. de regula. & in clem. 1. de ſtatut. Monac.

Io. Ant. de Nigr.

S. D. N. D. PII PAPAE V. CONFIRMAT. CONSTITVTIONVM. MAGISTRI, Generalis, Prouincialium, & Diffinitorum Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, De nouicijs emittendis, & ætate retinendorum, De Adminiſtrationib. & officijs, vita, & habitatione communi, & alijs ad reformationem pertinentibus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

ILla nos Cura inter cæteras ſolicitat, ut optimæ diſciplinæ cultus in omnibus religioſorum ſodalitatibus nutriatur, & confirmetur, quod quidem nos pridem in ampliſſimo ordine Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum magnopere expetentes, rerum omnium proprietatem illis ademimus, multaque præterea de ratione viuendi, & officijs eorundem edidimus, literaſque noſtras ſuper ijs confectas in eorum Capitulo generali, apud Baſilicam duodecim Apoſtolorum de Vrbe proxime celebrato palam omnibus iuſſimus promulgari. Qui illis ea qua decuit obedientia receptis, ad tollenda, & corrigenda alia præterea, intentique ad huius religionis ſtatum in ſua integritate continendum maxime obeſſe intelligebamus, nonnulla inter ſeſe ſtatuere cogitarunt. Verum inſtante iam ipſius Capituli concluſione, cum temporis anguſtia id minus pateretur, negotium vniuerſum ad arbitrium, & auctoritatem Generalis, & Prouincialiū Magiſtrorum, necnon Diffinitorū dicti ordinis ex voluntate noſtra demandatū eſt, q diuerſas alias pſentibus ſubiectas conſtitutiones, ab ipſo Magiſtro Generali ſubſcriptos ordinarunt, quas oēs, ſaluis alijs Literis noſtris prædictis, præſentiū auctoritate approbamus, & cōfirmamus, Supplentes

omnes

omnes,& quoſcunque ſiue ſolemnitatum omiſſarum,ſiue alios iuris,& facti defectus,qui interuenerunt in eiſdē. Quin ēt illas omnes,prout conſcriptæ ſunt,facimus,&ordinamus,Iubemuſq; ipſas æque atq; noſtras in oībus prouincijs, cuſtodijs,domibus,& locis,nec nō ab omnibus, & ſingulis fratribus dicti ordinis firmiter obſeruari, ac quoſcunq; qui illis non paruerint cenſuris, & pœnis omnibus,quæ Literis prædictis continentur,eo ipſo volumus ſubiacere. Et nihilominus dilecto filio noſtro Carolo tt.Sāctę Praxedis pſbitero Cardinali Borromeo nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti protectori,ac etiam Magiſtro Generali dicti ordinis per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi,uel eorum alter per ſe,vel aliū,ſeu alios ubi,& quādo opus fuerit, tā ſupra dictas,quam pręſentes Literas,& eiſdem inſertas Cōſtitutiones omnes, in omnib. & ſingulis prouincijs,cuſtodijs,domibus,& locis prædictis, ac ab omnibus, & ſingulis Magiſtris Guardianis, Fratribus,& perſonis in eis expreſſis,iuxta ſingularum Literarum, & Conſtitutionum huiuſmodi tenorem,inuiolate obſeruari, Contradictores quoslibet,& rebelles per cenſuras, & pœnas alijs noſtris literis cōtentas, prædicta,cæteraq; opportuna iuris,& facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcēdo,cenſuraſque, & pęnas ipſas etiā iteratis vicibus aggrauando,inuocato ēt ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis,& felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri de una, & in cōcilio generali edita de duabus dietis, alijſq; Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac etiam dicti ordinis ſtatutis,& conſuetudinibus iuramento,con firmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuſcunque. Aut ſi Magiſtris,Guardianis,& Fratribus prædictis, uel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum,quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem,Nec non Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, ac quibuſlibet alijs priuilegijs,exemptionibus,indulgentijs,& literis Apoſtolicis,generalibus, & ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant,per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet,vel differri,& de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia contra ipſarum præſentium, & conſtitutionum huiuſmodi tenorē,& effectum,nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Quin etiam ex nunc irritum decernimus,& inane,quicquid ſecus ſuper ijs ꝑ quoſcunque,quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ita igitur Conſtitutiones prædictæ ſcriptæ ſunt.

Io.Ant. de Nig.

Nouitij,etiam oblati,ante decimum octauum ætatis ſuæ annum completum, ne recipiantur, neque ante decimumnonum annum completum ad profeſſionem admittantur. Qui hactenus recepti etiam oblati, quintum decimum annum non expleuerint,detracto habitu Religionis,domum ad parentes, uel neceſſarios, etiam inuiti remittantur, vel aliās omnino emittantur, nec poſtea in ædibus vnde exierint, aut in alijs eiuſdem ordinis domibus verſari vllo modo poſſint.

Laici qui vigeſimum quintum annum non attigerint, ad ſeruiendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores ſunt, eijciantur.

Nouitij ne recipiantur, aut educentur, niſi in Conuentibus inſignioribus,in quibus Dormitorium,& capitulum habeant ſeorſum ab alijs fratribus.

Nullus deinceps prouinciæ præficiatur,qui eiuſdem prouincię ſit,ſed prouinciales ex aliena prouincia ſemper aſſumantur,qui tamen idonei ſint ad id officium,& cultores regularis obſeruātiæ, Guardianatus inſigniores:& priuilegiati,ut Roman. Aſſiſien.& huiuſmodi Triennio non priuilegiati,Biennio diuturniores ne ſint, in quo tamen habenda eſt ratio prouinciarum externarū. In illis enim locis hæc officia iuſta de cauſa, in longius tempus arbitrio Superioris protrahi poterunt.

In paternitatibus hactenus conceſſis, & poſthac concedendis,ea moderatio adhibeatur, ut nemo Paternitatis titulo, uel priuilegio fruatur, niſi qui Prouincialiatus officium obtineat, uel obtinuerit, vel Quadrageſimum annum agat, & aliās, etiam eo titulo, & priuilegio dignus exiſtat.

Nulli in eodem Conuentu plus Biennio manere liceat, exceptis Sexagenario maioribus, quibus aliquid ex cauſa ſuperioris arbitrio honeſte condonari poterit.

In conuentu, vel domo, pauciores ne ſint Duodecim fatribus.Si qua autem domus hunc familiæ numerum alere non poſſit, uel tota Prouincia uictum,& quæ præterea neceſſaria ſunt ſuppeditet, uel fratres cum bonis ex ea domo, in aliam transferantur, prouiſione tamen adhibita, ne Eccleſiæ deſtruantur, ſed ad eius populi commodicatem conſeruentur. Permittimus tamen vt in conuentibus, qui fratribus iter facientibus commodi ſint,ſaltem quatuor fratres, non minores quinquaginta annis, conſtanti, & probata uita maneant, ſi plures ea domus alere non poſſit.

In maiorib.ſtudijs Regentes duas lectiones Theologicas iterpretentur,alteram practicam, ueluti de Sacramentis,uel de vita recte ſanceque inſtituenda,ex Magiſtro ſententiarum,ac Sancto Bo-

nauentura,alteram ſpeculatiuam,ex Scoto:in minoribus vero ſtndijs vna lectione ex Theologia practica contenti ſint.Curent autem ſuperiores, vt in ſingulis Conuentibus, Frattres maxime in conſcientiæ caſibus,& reliquis,quę ad audiendas confeſſiones pertinent,ob rei grauitatem, & neceſſitatem,ſummo ſtudio ac diligentia exerceantur.Fratres,ēt ſi ſuperiores ſint,nihil propriū hr̄e poſſint,ſed omnia in cōe cōferantur, diſtribuēda ſingulis,vt vnicuiq; opus fuerit, ita vt ex cōibns cuiuſque Cōuentus facultatib.& eleemoſinis,pro viribus domus vnicuique fratri quę ſunt neceſſaria præbeantur.Fratres omnes,& Superiores, & quocunqne priuilegiati ægrotis tm̄ exceptis in Refectorio cibum capiant, & cōi menſa vtentes, cōibus epulis veſcantur.In primis autē ęgrotorū, & ſenū cura habeatur.Qđ ſi proprię facultates domui nō ſuppetāt,ad ſubueniēdū neceſſitati ęgrotantiū vicini Cōuentus ditiores ſuppleant, aut ēt tota prouincia contribnat In oībus Cōuentibus, vel domibus locus cōis Theſauri,vel capſa ſit,Tribus clauibns clauſa, quarum unam habeat Guardianus,alterā Procurator, tertiam Depoſitarius, quo in loco,vel capſa,vaſa aurea,argentea, iocalia,& quæqne precioſa,pecunia,itē Cōuentus cū Inuentario earnndem rerum,cōdita cuſtodiant, ſeruata tn̄ diſtinctione ſacrarū,& profanarū rerū. Nullus ex Fratribus,quamuis Magiſtratus,& Superioris titulo fungatur,priuatas ædes aut ī clauſtro,aut alibi vſquā habeat,ſed ſinguli unica Cella,in cōi Dormitorio,nullo ornatu,nullis omnino parietibus,ac lectulo, & menſa humilib. contenti ſint,quemadmodū pauperes Religioſos decet. Cameræ ſiue ædiculæ quę extra dormitoriū ſeperatim ſunt,ad officinas,uel alios vſus, toto Conuentui cōes redigantur,vel ſi Cellæ cōis dormitorij pro fratrū numero nō ſufficiant,& illæ Cameræ,vel ædiculæ,quas diximus,ad formā cōis dormitorij redigi poſſint,in dormitoriū cōe redigantur,ſin minus deſtruantur,ac materia,& cęmenta ad reparandā fabricā Conuentus,ſi opus fuerit, conuertantur,uel uendant, & precium ad cōem vſum Conuentus conferatur. Nullus ex fratribus priuatū hortū habeat,ſed horti ſint totius Cōuentus cōes,veruntn̄ Nouitij & infirmaria hortū,ſeu viridariū a cōi viridario ſeiunctū, hr̄e poterunt, quo cæteris ingredi nullo modo liceat.Veſtes,Libri,reliqua,a Superioribus, cuiquam fratri ad vſum,& neceſſitatem conceſſa,quæcunq; apud eos mortis tpe reperta fuerint, nulli fratri priuatim aſſignentur,ſed ita diſtribuantur,vt dimidia pars ſit natiui Conuentus,altera eius, ubi is mortuus fuerit.Generalis,a Prouincialibus, Cuſtodibns, & alijs Religionis Miniſtris quouis illi nomine appellentur, Prouinciales item a Guardianis, alijsue Officialibus,ob eornm deputationem, vel confirmationem,nihil omnino,neque magnum, neque paruum exigant, ac ne ſponte qdem oblatum accipiant,neq; Cancellario aut ſcribę,pro ſigillo ſiue ſcriptura,qnicquam detur, ſed oīa gratis fiant,ac dentur.Neq; Generalis, neq; Prouincialis Miniſter,neque Cuſtos,neque Guardianus, a quouis fratre ſui ordinis, aliquid etiam ſponte oblatum,ſiue dono datum acceptet,vel recipiat. Pro cōibus autem impenſis, quas neceſſario ad cōmodum totius ordinis,vel alicuius priuatæ domus fieri contigerit,Generali,Prouinciali,& alijs eo modo cōſulatur,quo in literis Sāctiſſimi D.N. PII V. proximè editis,cautum eſſet cōſtat.Quod vero ad Promotiones,& gradus attinet,id omnino ſeruetur,quod Alexandrinis Conſtitutionib. ſancitum eſt vt nihil a promouendo exigatur,aut qnouiſmodo ſponte oblatum accipiatur.Quod ſi promotione facta Conuentus promotorum, aliqd Religioni donare voluerit,quicqd id ſit,Procuratori detur,nt ad eleuationem onerum,&cōmunium ſumptuum Religionis conferatur, ac Procurator oīum acceptorum,& expenſorum rationem reddat Fratres omnes quocūque gradu, & honore ſint,camiſijs laneis, & reliquo veſtitu, honeſto,ac religioſo,omniq; ſnpellectile,&inſtrō paupere,atque humili, quemadmodum alijs etiā Conſtitutionibus cautum eſt vtantur. Reliquum eſt,vt Conſtitutiones omnes,ad diciſplinam regularem reſtituendam conſeruandam, & augendā, (quæ tn̄ ijs contrariæ non ſint) præcipuè uero ea quæ a Sanctiſſimo D.N. Pio Papa V. ad reformationem huius Ordinis proxime ſunt editę,ab omnibus ſancte inuiolateque ſeruentur.Cæternm ut præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valnas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe,& in acie Campi Floræ publicari,& earum exempla de more affigi,volumuſq; & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod huiuſmodi exempla, etiam impreſſa, manuque Notarij publici, & ſigillo dicti Magiſtri Generalis, vel Prælati eccleſiaſtici,aut alius Curiæ obſignata,eandem illam vbique locorum fidem faciant, quæ ipſe præſentes, ſi forent exhibitæ,uel oſtēſæ. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ approbationis,confirmationis, ſuppletionis,ordinationis,iuſſionis,mandati, decreti,præcepti,& uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum.Datum Romæ apud Sanctum Petrnm, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſſimo Quingenteſimo Sexageſimo Octauo, tertio Kalen. Auguſt. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Cæ. Glorieriis.
H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.
Camillus Cherub.Mag.Curſ.

SAN-

SANCTISSIMI D. N. PII PAPAE V.

Tranſlatio Curę Monialium a Fratribus ordinis Minorum Conuentualium ad ordinarios locorum.

PIVS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriã, Cũ ſicut accepimus diuerſa Monialiũ Monaſteria curę, & regimini dilectorũ filiorũ Fratrũ ordinis minorũ Cõuẽtualiũ S Frãciſci ſubiecta eſſe reperiantur Nos volentes pro noſtri Paſtoralis officij ſollecitudine eoſdem fratres, vt cõmodius, & liberius ſacrarũ literarũ ſtudijs incũbere valeant, ab onere & impedimento gubernij Monialiũ hmõi liberos eſſe, motu proprio, & ex certa ſciẽtia, maturaq; deliberatioue noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Fratres Conuentuales Prædictos vbicnnq; exiſtẽtes, ab omni cura, gubernio, regimine, & adminiſtratione quorũcũq; Monaſteriorũ Monialiũ, ſeu Biginarũ, aut Bizochurarum, vel aliàs quocunque nuncupatarũ cuiuſcũq; ordinis exiſtant, clauſtraliter viuentiũ eis quolibet commiſſorũ, & per eos hactenus regi, & gubernari ſolitorũ, ex nnnc in perpetuũ auctoritate apoſtolica tenore pſentiũ penitus abſoluimus, ac totaliter liberamus, eoſq; ab hmõi onere abſolutos, liberos, & immunes fore, & eſſe, nec deinceps in illis qnouis prætextu, ant quæſito colore ſe vllatenus intromittere poſſe, neque debere decernimus, ac ipſorũ Monaſteriorũ Monialium, curam, & guberniũ eiſdem Fratribus de cætero omnino interdicimus. Ne autẽ ipſa Monialiũ Monaſteria ppea in ſpiritualibus, aut tpalibus detrimentum aliquod patiantur, noſtræ prouidentiæ diligentia opportune proſpicere cupientes, eadem Monialiũ Monaſteria oĩa, & ſingula locorũ ordinarijs in quorum Ciuitatibus, aut diocęſib. reſpectiue conſiſtunt, per eos fœliciter regenda, & proſpere dirigenda auctoritate & tenore prædictis motu ſimili ſubijcimus, atq; ſupponimus, eaq; ab ipſis ordinarijs regi, & gubernari debere volumus, ac mãdamus. Et vt id prõpte, libẽterq; ſuſcipiant, & exequant̃, eis in virtute ſanctę obedientiæ iubemus, curamq; monaſteriorum hmõi bene, ac diligenter gerere, & exercere, donec aliter p nos, ſeu ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices deſup fuerit ordinatũ diſtricte pcipimus, Maudantes eiſdem Ordinarijs, ut cõtradictores quoſlibet, & rebelles, pſentibus noſtri literis parere recuſantes, ſeu differentes, etiam ſi dicti Fratres fuerint, p pęnas ſibi bene viſas etiã pecuniarias, ac demum p excõicationes, & alias ſententias, & cenſuras eccleſiaſticas cæteraque opportuna inris, & facti remedia, omni, & quacunq; appellatione poſtpoſita, ac protſus remota auctoritate noſtra cõprimant, & cõpeſcant, eoſq; ad parendum, & cum effectu ſtatim obediendum pſentibus literis cogant, & cõpellant, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, ſuper quibus dictis Ordinarijs plenã & liberam harum ſerie facultatem cõcedimus, & poteſtatem. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec nõ Monaſteriorum, & ordinum hmõi etiam iuro, confirmatione Apoſtolica, vel qua uis firmitate alia roboratis, ſtatntis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiã Mari Magno, & Bulla anrea, ſeu concordiæ, aut aliàs nũcupatis, & cũ quibusuis clauſulis etiã derogatoriarum, derogatorijs, irritantibus, & alijs decretis quolibet conceſſis, confirmaris, & ſæpius innouatis, quibns omnibus, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & indiuidua mentio, ſen quæuis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore pmanſuris, hac vice duntaxat ad effectum pſentium ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunq;, aut ſi fratribus, vel Monialibus prædictis, vel quibuſuis alijs cõiter uel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdictis, ſupendi, vel excõicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, mentionẽ, Volnmus inſuper quod præſentium tranſumptis mann alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę indignitate eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur ſi forẽt exhibite uel oſtenſæ. Quodq; eadem præſentes per aliquem Notarium publicum, nel vnum ex Curſoribus noſtris in generali dictotum fratrum Capitulo quod nunc in Alma Vrbe noſtra celebratur, lectæ, omnes, & ſingulos arctent, per inde ac ſi omnibus, & ſingulis quos concernunt perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris. Die 3. Iunij. 1568. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Cæ. Gloriérius.

Robertus Fontanus Archiuij,
Rom. Cur. ſcriptor.

Ad materiam vide in clem. attendentes de ſtatu. mona. & clem. 1. de relig. dom.

Io Ant. de Nig.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENtia Papæ V. ſuper deponendis fructibus, & diſtributionibus beneficiorum eccleſiaſticorum lite pendente.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

Cordi nobis eſt lites minuere, & a laboribus ſubditos. maxime perſonas eccleſiaſticas diuino cultui deditas, releuare. Sane cum (ſicut accepimus) in pleriſque Cathedralibus, & collegiatis Eccleſijs earum conſtitutionibus, & ſtatutis etiam a Sede Apoſtolica approbatis & confirmatis cautum ſit, quod occurrentibus litibus, & controuerſijs inter prouiſos de dignitatibus officijs, canonicatibus, & præbendis portionibus, & præſtimonijs cęteriſq; beneficijs eccleſiaſticis qualitercũq; qualificatis, tam ordinaria, quam apoſtolica auctoritate, tam ſuper illorum prouiſione, ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quam illorum idoneitate, & habilitate, aut alía ex quauis cauſa, & eorundem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia eccleſiaſtica prædicta admiſſione. & receptione, & capitulum, & canonicos, cęteraſque capitulares perſonas ad quos admiſſio, & receptio, tam de iure, quam ex cõſuetudine ſpectat, & pertinet, aut etiam alias perſonas eccleſiaſticas aſſerentes beneficia prædicta ad ſe de iure ſpectare, ipſi ſic prouiſi interim bñficiorũ huiuſmodi fructus, ac diſtributiones non percipiant, ſed capitulum, & canonici illas vel in ſuos vſus, & vtilitatem conuertendas ſeu reſtituendas ei, cui de iure reſtituendæ erunt recipiant, prout in dictis conſtitutionibus, & ſtatutis, ſeu conſuetudinibus continetur, quo factum eſt ut lites huiuſmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri poſſit. ¶ Hinc eſt quod nos hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, quod fructus, redditus, & prouentus, ac diſtributiones, cæteraque emolumenta quæ vigore conſtitutionũ, conſuetudinum, & ſtatutorum prædictorum a Capitulo, & Canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, amplius non ab eiſdem capitulo, & canonicis recipiantur, ſed penes perſonam fide, & facultatibus idoneam per iudicem, coram quo cauſæ huiuſmodi pendere repertæ fuerint, eligẽdam, & nominandam deponantur, reſtituenda ei, cui de iure poſtea reſtituenda fuerint. Sicq; p quoſcunque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes in quauis inſtantia iudicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter contigerit attẽtari. Non obſtantibus præmiſſis ac quibuſuis apoſtolicis, nec non in proincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, & quarumuis eccleſiarum prædictarum etiam iuro confirmatione Apoſtolica, uel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis & literis apoſtolicis illis, eorumque capitulis & ſuperioribus per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis nec non irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio. & ex certa ſcientia, ac quauis etiam Imperiali, uel Regali conſideratione, uel inſtantia, & aliàs quomodolibet conceſſis approbatis, & innouatis. Quibus omnibu (etiã ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, non autem p clauſulas generales idẽ importãtes mẽtio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda aut aliqua, aut exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, per inde ac ſi tenores huiuſmodi de uerbo ad uerbum nihil penitus omiſſo inſerti, & forma in illis tradita obſeruata foret, p ſufficiẽter expreſſis habẽtes) ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem quod præſentium Tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, uel oſtẽſæ. Quodq; literæ ipſæ Cameræ, & Cancellariæ Apoſtolicarum & audiẽtiæ cauſarum Palatij Apoſtolici ualuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis inibi copijs publicatæ, & affixæ omnes ita afficiant, & arctẽt, ac ſi illis pſonaliter intimatę fuiſsẽt. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti decreti, derogationis, uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare pręſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſſimo Quingentiſimo Sexageſimo Octauo, tertio Kalen. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

Eṗs Narnſen. Summiſt.

H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Io. Freile Magiſt. Curſ.

Ad materiam vide in clem. 1 de ſequeſt. poſſ: & fruct.

Io. Ant. de Nig.

BVLLA S.D.N. PII DIVINA PROVIDENTIA Papæ V. Relaxationis prohibitionis de non admittendis Reſignationibus per ordinarios, cum modificationibus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

QVanta Eccleſiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat miniſtrorum in eam ingreſſio vitioſa, iam Idte perſpiciant, & cum mœrore expendant Præſules omnes & paſtores, quando hęc pernicies cæterarum omnium maxima, tã multas orbis Eccleſiæ impie violarit. ¶ Quia vero hoc malum cum in cæteris frequẽs, tum maxime in beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum dimiſſione admittitur, nemini moleſtum eſſe debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores internoſcuntur, certam aliquam rationem, tandem intuitu officij noſtri partes in prohibenda omnibus interim reſignationum huiuſmodi receptione, paulo ſeuerius interpoſuerimus, omneſque beneficiorum interim reſignandorum diſpoſitiones quæ fierẽt in irritum reuocauerimus, ac etiam decernimus nullum per eas in illis ius, neque titulnm, vel coloratum, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ipſis prouiſis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore, collatores vero aliàs in illorum diſpoſitione etiam tanquam deuolutionis iure ſeſe intérponete non poſſe, ſed de eis vt vere vacantibus, ſiue Romanum Pontificem, ſiue alios collatorum eorundem ſuperiores, vti præuentum eſſet, libere prouideri. Nunc autem intẽdentes inſtitutum hoc noſtrum, quo ſanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino perſequi, ac ſimul quantum in nobis eſt cauere, ne reſignationes ipſæ de hinc pro cuiuſque arbitrio, nulliſque vel certe leuibus cauſis paſſim, & temere admittantur. ¶ Prohibitionem, & alia prædicta ac cætera omnia noſtris ſuper his literis contenra eatenus relaxamus. ¶ Et poſt hac Epiſcopi, & alij facultatem habentes, eorum dumtaxat reſignationes recipere, & admittere poſſint, qui aut ſenio confecti, aut valitudinarij, aut corpore impediti, vel uitiari, aut crimini obnoxij, cenſuriſque eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, ant non debent eccleſiæ, vel beneficio inſeruire, ſeu qui vnũ aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri: Religionem quoq; ingreſſuri, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, denique cum quis ex alijs caſibus acciderit, qui conſtitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ Tertij de dimittendis cathedralibus Eccleſijs, edita continetur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri. Sed nec horum vllus ſacro ordini mancipatus niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium, vel officium eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit quo in vita poſſit commode ſuſtentari. Ad hoc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quę canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. ¶ Caueant autem Epiſcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præſentatores, & patroni, tam eccleſiaſtici, quam laici quicunque ſint ne verbo quidem, aut nutu, vel ſigno futuri in huiuſmodi beneficijs, & officijs ſucceſſores ab ipſis reſignantibus, aut alijs eorum ſignificatione vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcunque intercedet. ¶ Cæterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipſi Epiſcopi, aut alij collarores de beneficijs, & officijs reſignandis prædictis, aut ſuis, aut dimittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiã per fallacem circuitum multiplicatarũ in extraneos collationũ, audeant prouidere, quod ſi ſecus, ac etiam quicquid prærer, vel cõtra formam prædictorũ fuetit a quocunque remere attentatum, id rotum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. ¶ Qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuique competierit, ramdiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionem a Romano Pontifice meruerint obtinere. Et qui talia beneficia, ſeu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere auſi fuerint; excommunicationis quo ad perſonas, quo uero ad capitula, & conuentus a diuinis ſupenſionis ſententias ipſo facto promulgamus, quibus etiã nullus alius quam ipſe Romanus Pontifex, ſiue abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impartiri. Prohibitione, & literis noſtris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quibuſcunque, Epiſcopis, & alijs ſuperioribus, ac inferioribus eccleſiarum pręlatis, necnon Eccleſijs, Monaſterijs, Capitulis, Conuentionibus, Collegijs, & Vniuerſitatibuſque eorumq;, & alij, perſonis etiam Regia, & Imperiali Maieſtate præditis ſub quacunque verborum forma, & conceptione conceſſis, per quæ effectus pſentium impediri poſſet quomodocunque, vel differri, etiam ſi de eis ipſorumque totis tenorib. ad verbum, ac de proprijs nominibus eorum, necnon Eccleſijs, Monaſterijs, locis ordinibus,

&

